1768

3

PANDECTA LEGIS EVAN-GELI-CAE,

SIMONE A COR-roy, professione Celesti-no, autore.

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRY-PHIVM LV-GDVNI.

1555.

PRAEFATIO.

QVIS primus sacrosancti Euangelij historias in unum ueluti corpus redegerit, inter eos, qui Ecclesiasticam historiã contexuerunt, non satis constat: alijs ad Ammonium Alexandrinum, Origenis præceptorẽ, alijs ad Tatianum, Ammonio paulò superiorẽ, pulcherrimum hoc inuentum referentibus. Quisquis tamen is fuit, rem profectò in primis frugiferam excogitauit, eaq; tempestate prorsus necessariam. Iam tum enim pleriq; emerserant (in quibus erat & Porphyrius, pertinacissimus Christiani nominis hostis) qui miro quodam humanæ sapientiæ supercilio elati, petulantia plus quàm rabiosa in nostram religionem, atq; adeò in ipsos sacri Euangelij scriptores inueherentur: in quorum scriptis pleraque penè ex diametro secum pugnantia deprehendi calumniabantur, pleraq; etiam tam irreconciliabili διαφωνίᾳ à se inuicem dissidentia, ut omnẽ sibi mutuò fidem abrogarent. Quorũ profectò impudentiæ retundendæ commodior ratio excogitari non potuit, quàm ut seruato temporum rerumq; gestarum ordine, quatuor Euangeliorum contextus, in unam, eamq; perpetuam narrationis seriem redigerentur:

uentur: eoq; modo falsa illa dissonantiæ calumnia nullo negotio confutaretur. Verùm cùm laudatißimum illud Ammonij opus (uideo enim iam usum obtinuisse, ut Ammonio id potius, quàm Tatiano adscribatur) eadem temporũ iniuria, qua innumera clarißimorum uirorũ monimenta perierunt, multis iam seculis esset desideratũ, tãdemq; semilacerum prorsusq; mutilatum in lucem prodijsset: tantæ iacturæ indignitate cõmotus Ioannes Gerson, acutißimus nostræ profeßionis theologus, idem ab integro argumentum tractandũ suscepit. Qua quidem in re etiamsi summa cum dexteritate sit uersatus, nonnihil tamen alijs post se scribendi, loci uidetur reliquisse. Sunt enim in eius uiri Monotessaro (quod certè dissimulari non potest) quædam prorsus hiulca, quædam intempestiua & alieno loco inserta, quædam etiam redundantia, & citra ullam neceßitatem repetita: adeò ut non immeritò à Theodorico quodam, ordinis Carthusianorum monacho, resectis ijs quæ superflua uidebantur, in compẽdium redactum esse existimetur. Quamobrem cùm ipse mihi priuatim Euangelicæ historiæ breuiarium concinnare statuissem (nihil enim minus id temporis, quàm de eo in publicum emittendo cogitabam) illud mihi in primis curæ fuit, ut Ammonij fra-

gmentum, Eusebij Canones, & Augustinum de Euangeliorum concordia, cum Gersonis Monotessaro quàm diligentißimè conferrem, eorumq; omnium sententijs diligentius expensis, illius potißimum iudicio subscriberẽ, qui temporis ordinisq; (nam de re ipsa inter hosce omnes nihil est controuersiæ) exactißimam rationem habuisse uideretur. Vix enim quicquam in toto hoc negotio maiorem nobis molestiam exhibuit, quàm ut suo quæque loco digereremus, & ubique tum loci, tum temporis memores, nusquam rei gestæ ordinem turbaremus. Cùm etenim triplicem in cõtextu Euangeliorum ordinem obseruatum uideamus, ut modò res, quo gesta est, tempore locoq; commemoretur, modò multò antè quàm gereretur, per quandam ueluti præoccupationem anticipetur: interdum etiam aliquantò pòst, quàm gesta sit, ueluti per commemorationem referatur: infiniti profectò negotij fuit, suum cuique locum tempusq; attribuere. Præterea cùm pleraque in sacri Euangelij histories occurrant, quæ tantam inter se affinitatẽ habeant, ut eadem prorsus uideantur, diuersis tamen locis temporibúsue aut gesta sunt, aut dicta: beneuolum lectorem etiam atque etiam admonitum uelim, ne temerè iudicet eadem hîc sæpius esse inculcata: sed id potius, quod res est, existimet,

ſtimet, omnino neceſſe fuiſſe, ut res quantumuis ſimiles, attamen diuerſæ, diuerſis in locis commemorarētur. Ad hæc, ut quadam etiam ordinis luce legentium memoriæ conſulerem, opus uniuerſum in tres præcipuas partes ita digeſsi, ut prima Aeternam Chriſti generationem, ac eius in hunc mundum Ingreſſum: ſecunda, Progreſſum, hoc eſt, conuerſationem, ſigna, & doctrinam: tertia Egreſſum, id eſt, paſsionem, reſurrectionem & aſcenſionē contineret. Porrò quod ad tranſlationis fidem attinet, à uulgata editione, quam uocant, nuſquam deſciuimus: lectionum tantùm uarietates, quæ alicuius momenti uidebantur, ex recentiorum uerſionibus margini adſcripſimus, eaſq; nota huiuſmodi * præfixa, à reliquis diſtinximus. Quod uerò ad ea teſtimonia pertinet, quæ paſsim ex Veteri Teſtamento toto hoc opere citantur, diligenter ea cum ſuis fontibus, unde hauſta ſunt, contulimus, & ſiqua in re ab ijs diſcreparent, obiter annotauimus. Nam ſi quid in ijs eſſet, quod in Veteris inſtrumenti libris non legeretur, id ſigno huiuſmodi † prodidimus: & contrà ſi quid illic eſſet, quod hîc deſideraretur, id quoque, huius figuræ notæ ‡ præfixa, in gratiam lectoris indicauimus. Illud præterea hîc admonendum duxi, quatuor literis maiuſculis paſsim con-

textui insertis, Euangelistarum nomina, M,
uidelicet Matthæi: R, Marci: L, Lucæ: I,
denique Ioannis denotari: idq; eo potißimum
à nobis factum esse consilio, ut his ipsis literis
nullo negotio lector doceatur, quid unicuique
eorum referri debeat acceptum. Euangelio-
rum quoque, quæ diebus dominicis, præci-
puisq; totius anni festis in Ecclesia leguntur,
succinctum Indicem adiecimus: eaq; in ipso
cõtextu duabus notis indicauimus: altera, quæ
huiusmodi est, [ad caput, altera huiusmodi]
ad calcẽ apposita. Vocum præterea obscurio-
rum, quæ toti operi paßim aspersæ, lectorem
parum exercitatum nonnihil poterant remo-
rari, interpretationem adiecimus: idq; obser-
uato primarum literarum ordine, ut sine ullo
temporis dispendio omnia sese lectori facilius
offerre poßint. Postremò Dionysij Car-
thusiani Monopanton eò quòd cum
huius argumenti natura quàm
optimè congruere uidebatur,
huic nostræ lucubratiun-
culæ curauimus
subiungen-
dum.
*

PANDECTAE LEGIS EVANGELICAE LIBER PRIMVS.

*

Christi in hunc mundum Ingressum, ac eius Aeternam continens generationem.

De Aeterna Christi generatiõe.

Ioannis I. CAPVT I.

A IN principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est*nihil. Quod factum est, in ipso uita erat, & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non comprehenderunt.

*ne unũ quidem.

De Annuntiatione, & Conceptione Ioannis Baptistæ.

Lucæ I. CAP. II.

B FVit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, *In Iudæa*

de uice Abia,& uxor illius de filiabus Aaron,& nomen eius Elizabeth. Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus

* irreprehésibiles Domini, *sine querela. Et non erat illis filius, eo quòd esset Elizabeth sterilis, &

In mense Septẽbri. ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cùm sacerdotio fungeretur Za-

Le.16.d charias in ordine uicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multi- B tudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias tur- C batus est uidens,& timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi, & exultatio:& multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, & uinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum in filios, &

incred

incredulos ad prudentiam iustorum: parare Domino plebem perfectam.] Et di-
D xit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non potens loqui usque in diem, quo hæc fient: † pro eo, quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt, quòd uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factum est, ut impleti sunt dies * officii eius, *ministerii abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinq;, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

De conceptione Saluatoris.

Lucæ I. CAP. III.

A IN mense autem sexto [missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Ga-

dis sui. Deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.] Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus.

De ortu & circuncisione Ioannis Baptistæ. *Lucæ I.* CAP. V.

In Iudæa mense Iunij.

[Elizabeth autem impletum est tempus pariendi,& peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt circuncidere puerum: & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius,quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum, & super omnia montana A B

Iudææ

Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc.
Et poſuerunt omnes, qui audierant, in
corde ſuo, dicentes: Quiſputas puer iſte
erit? Etenim manus Domini erat cum il-
lo. Et Zacharias pater eius, impletus eſt
Spiritu ſancto, & prophetauit dicens:
C Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia ui-
ſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis, nobis, in domo
Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os
ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, propheta-
rum eius. Salutem ex inimicis noſtris, &
de manu omnium, qui oderunt nos. Ad
faciendam miſericordiam cum patribus
noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſan-
cti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abra-
ham patrem noſtrum, daturum ſe nobis.
Vt ſine timore de manu inimicorum no-
ſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In ſan-
ctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus
diebus noſtris. Et tu puer, propheta al-
tiſsimi uocaberis, præibis enim ante fa-
ciem Domini parare uias eius. Ad dan-
dam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſ-
ſionem peccatorum eorum. Per uiſcera
miſericordiæ Dei noſtri, in quibus uiſita-
uit nos, oriens ex alto. Illuminare his qui
in tenebris, & in umbra mortis ſedent, ad
dirigendos pedes noſtros, in uiam pa-
cis.]

cis.] Maria autem reuersa est in domum suam.

De temporali genealogia Christi. *Matthæi* 1. CAP. VI.

[Liber generatiõis IESV CHRISTI, A filii Dauid, filii Abraham. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: *Ge.29.g.* Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius: *& 38.g* Iudas autem genuit Phares, & Zaram, de Thamar: Phares autem genuit Esrom: Esrom autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naason: Naason autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Raab: Booz autem genuit Obeth ex *Ruth 4.d* Ruth: Obeth autem genuit Iesse: Iesse autem genuit Dauid Regem: Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ: Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abia autem genuit Aza: Aza autem genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioathan: Ioathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem genuit Manas- *2.Pa.36.* *a.b* sen: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam: Iosias autem genuit

genuit ‡ Ieconiam, & fratres eius, in ‡*Iohanã:*
*transmigratione Babylonis. Et post *Ioanã au*
transmigrationem Babylonis, Ieconias *tẽ genuit*
genuit Salathiel: Salathiel autem genuit *exilio
Zorobabel: Zorobabel autem genuit
Abiud: Abiud autem genuit Eliachim:
Eliachim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch autem ge-
B nuit Achim: Achim autem genuit Eliud:
Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem ge-
C nuit Iacob: Iacob autem genuit Ioseph,
uirum Mariæ: de qua natus est IESVS,
qui uocatur CHRISTVS.] Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad Dauid, quatuordecim: & à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis, usq; ad CHRISTVM, generationes quatuordecim. CHRISTI
D autem *generatio sic erat: [Cùm esset *nati-
desponsata mater eius Maria Ioseph, an- uitas
tè quàm conuenirent, inuenta est habens in utero de Spiritu sancto. Ioseph autem
uir eius cùm esset iustus, & nollet *tradu- *infa-
cere eam, uoluit occulte dimittere eam. mare
Hæc autem cogitante eo, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere

Mar

Mariam coniugem tuam : quod enim in
*concc-ptum ea * natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius
IESVM. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.] Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per prophe-
*erit prę gnans, tam dicentem : Ecce uirgo * in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum,
*Excitatus nobiſcum Deus. *Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini : & accepit coniugem ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Et uocauit nomen eius IESVM.

De Natiuitate Chriſti. *Lucæ 2.*

CAPVT VII.

In Bethlehē menſe Decēbri. FActum eſt autem in diebus illis: [Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid, ut profiteretur

cum

cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem cùm essent ibi, impleti sunt dies ut pareret: & peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit Angelus illis: Nolite timere: Ecce enim euãgelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum,
B & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra, pax ‡ hominibus bonæ uoluntatis.] Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cælum. [Pastores loquebantur adinuicem: Transeamus usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem po-

‡ in

ſitum in præſepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati ſunt de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſer- D uabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes Deum * in omnibus quæ audierant & uiderant, ſicut dictum eſt ad illos.]

*ſuper omnib.

De circuncißione Chriſti. *Lucæ 2.*

CAPVT VIII.

[ET poſtquam conſummati ſunt dies A octo, ut circunciderecur puer, uocatum eſt nomen eius IESVS: quod uocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur.]

Leu. 12. a

De aduentu Magorum.

Matthæi 2. CAP. IX.

[CVm ergo natus eſſet IESVS in A Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente uenerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & *uenimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.

*acceſſimus

lo. Et congregans omnes Principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem *Mich. 5. a* terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda: ex te enim exiet ‡ dux, ‡ mihi
B qui regat populum meum Israël. Tunc Herodes clàm uocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Qui cùm audissent Regem, abierunt. Et ecce stella, quam uiderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum ueniens staret suprà, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt *Psal. 71. b* ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et *responso accepto in somnis, ne redirent *oraculo ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt moniti in regionem suam.

De præsentatione Christi in templo. *Luca 2.* CAP. X.

Secunda Februarij [ET postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege *Exo. 13. a* Domini: Quia omne masculinum, adaperiens uuluam, sanctum Domino uocabitur. Et ut darent hostiam Domino, secundum quod dictum est in lege Do- *Num. 8. c* mini, Par turturum, aut duos pullos co- *Leui. 12. c* lumbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon. Et homo iste iustus & *timoratus, expectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum IESVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.] [Et erant pater eius & mater mirantes super iis, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam

*pius

A B

riam matrem eius: Ecce positus est hic in *Esa.8.e*
ruinam, & in resurrectionem multorum
in Israël: & in signum, cui contradicetur.
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Azer. Hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septẽ à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor: quę non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora * superueniens ‡ confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem * Israël. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciui-
C tatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & * confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.]

*asſistẽs ‡*uicissim* *In Hierusalem *corroborabatur,

De fuga in Aegyptum, & nece innocentium, regressuq; ex Aegypto. *Matthæi* 2. CAP. XI.

[
A CVm Magi recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum & esto ibi, usque dum dicam tibi. Fu-

turum est enim, ut Herodes quærat pue-
*exci- rum ad perdendum illum. Qui * con- B
tatus, surgens, accepit puerum & matrem eius
nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi
usque ad obitum Herodis, ut adimpleretur
quod dictum est à Domino per prophe-
Osee 11. a tam dicentem: Ex Aegypto uocaui filium
meum. Tunc Herodes uidens, quoniam C
illusus esset à Magis, iratus est ualde, &
mittens occidit [*anno reuoluto à natiuitate Christi*] omnes pueros, qui erant in
Bethleem, & in omnibus finibus eius, à
bimatu & infra, secundum tempus quod
Hier. 31. c exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est
quod dictum est per Hieremiam prophe-
tam dicentem: Vox in rama audita est, D
‡lamen- ‡ ploratus & *ululatus multus. Rachel plo
tatio rans filios suos, & noluit consolari, quia
*fletus non sunt.] {Defuncto autem Herode
[*anno septimo ab huiusmodi fuga*] ecce ap-
paruit Angelus Domini in somnis Io-
seph in Aegypto, dicens: Surge, & ac-
cipe puerum, & matrem eius, & uade in
terram Israël: defuncti sunt enim, qui
quærebant animam pueri. Qui consur-
gens, accepit puerum & matrem eius, &
uenit in terram Israël. Audiens autem, E
quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro
Herode patre suo, timuit illò ire. Et
admo

admonitus * in somnis, secessit in partes Galilææ, & ueniens habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: Quoniam Nazaræus uocabitur.]

*oraculo,

De habitatione Ioannis in deserto. *Lucæ 1.* CAP. XII.

A PVer autem [*Ioannes*] crescebat, & * confortabatur spiritu: & erat in deserto usque in diem ostensionis suæ ad Israël.

*potens fiebat

De inuentione Christi in templo. *Lucæ 2.* CAP. XIII.

A ET ibant * parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solenni Paschæ [*postquam reuersi sunt ex Aegypto*] [Et cùm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi: consummatisq; diebus cùm redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regressi
B sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt eum in templo, sedentem in medio doctorum,

*Ioseph & mater

audientem illos, & interrogantem. Stu-
pebant autem omnes, qui eum audiebant
* intelli- super * prudentia & responsis eius. Et ui-
gentia dentes,* admirati sunt. Et dixit mater eius
*attoniti ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce
pater tuus & ego dolentes quærebamus
te. Et ait ad illos: Quid est, quòd me quæ-
rebatis? Nesciebatis, quia in iis quæ pa-
tris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non G
intellexerunt uerbum quod loquutus est
ad illos. Et descendit cum eis, & uenit
Nazareth, & erat subditus illis. Et mater
eius conseruabat omnia uerba hæc in cor- D
de suo. Et Iesus proficiebat sapiẽtia, & æta-
te, & gratia apud Deum & homines.]

De prædicandi, & Baptizandi autoritate Ioanni data à Deo.

Luc.3.Io.1.Mar.1.Mat.3. CAP. XIIII.

1. [ANno autem quintodecimo imperii A
Tyberii Cæsaris, procurante Pontio
Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galileæ
Herode: Philippo autem fratre eius tetrar-
cha Ituræ & Trachonitidis regionis, &
Lysania Abilenæ tetrarcha, sub principi-
bus sacerdotum Anna, & Caipha, 1. Fuit B
homo missus à Deo, cui nomen erat Io-
annes. Hic uenit in testimonium, ut testi-
* luce monium perhiberet de * lumine, ut omnes
creder

credèrent per illum. Non erat ille lux, sed
ut testimonium perhiberet de lumine.
Erat lux uera, quæ illuminat omnem ho-
minem uenientem in hunc mundum. In
mundo erat, & mundus per ipsum factus
est,& mundus eum nō cognouit.In *pro- *sua
pria uenit, & sui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum, dedit
eis potestatem filios Dei fieri:his, qui cre-
dunt in nomine eius, qui non ex sangui-
nibus,neque ex uoluntate carnis, neque ex
uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Et
* uidimus gloriam eius, gloriam * quasi *inspex-
C unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueri- imus
tatis.] L. Factum est M. in diebus illis *tanquā
L. uerbum Domini super Ioannem Za-
chariæ filium in deserto. R. [Ecce mit-
to angelum meum ante faciem tuam,qui
præparabit uiam tuam ante te. L. Et uenit
in omnem regionem * Iordanis, prædi- *circa
cans baptismum pœnitentiæ, in remissio- Iordanē
nem peccatorum, sicut scriptum est in li-
bro sermonum Esaiæ prophetæ,‡Vox cla ‡dicens
mantis in deserto, Parate uiam domini, *Esa.40.a*
rectas facite semitas eius.Omnis uallis im-
plebitur,& omnis mons & collis humilia-
bitur: Et erunt * praua in directa, & aspe- *obli-
ra in uias planas:& uidebit omnis caro sa- qua
D lutare Dei.] M. Ipse autem Ioannes ha-

bebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: Esca autem eius erat, locustæ, & mel sylucstre. Tunc exibant ad eum R. Hierosolymitæ uniuersi, M. & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane R. flumine, confitentes peccata sua. M. Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum uenientes ad baptismum suum [dixit eis, L. & ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab ipso, M. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. E
Progenies & L. genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus, dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere intra uos: Patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, F
quoniam potẽs est Deus de lapidibus istis ‡ipsi suscitare filios ‡ Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, * det unam non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.] Venerunt autem & publicani, ut G
baptizarentur, & dixerunt ad illum: Ma-

*cõmunicet

gister

gister quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod constitutum est uobis, *faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & cõtenti esto- *exiga- tis.
H te stipendiis uestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo uos in pœnitentiam. Qui autem post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus M. calciamenta portare, R. & procumbens L. soluere corrigiam calciamen-
I torum eius. Ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igne:] cuius uentilabrum in manu eius, & permundabit & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igne inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

De testimoniis Ioannis de Christo. *Ioan. 1.* CAP. XV.

[A IOannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi, Qui post me uenturus est, ante me *factus est, [*clarior, atque honorabilior*] quia prior *fuit,

me

me erat: & de plenitudine eius nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia, quia lex per Moyſem data eſt: gratia & ueritas per IESVM CHRISTVM facta eſt. Deum nemo uidit unquam. [*uiſione perfectæ comprehenſionis*] Vnigenitus filius, qui eſt in B
ſinu patris,ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando [miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes, & Leuitas ad eum,ut interrogarent eum, Tu quis es?Et confeſſus eſt,& non negauit: & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum,Quid ergo? Helias es tu? Et dixit, Non ſum.Propheta es tu?
Et reſpondit,Non.Dixerunt ergo ei,Quis C
es? ut reſponſum demus iis, qui miſerunt nos. Quid dicis de teipſo? Ait: Ego uox clamantis in deſerto, Dirigite uiam Domini, ſicut dixit Eſaias propheta. Et qui D
miſsi fuerant, erant ex Phariſæis: & interrogauerunt eum,& dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Helias, neque propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem ueſtrum ſtetit, [*in templo cùm eſſet duodecim annorum*] quem uos neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me uenturus eſt, E
*fuit qui ante me * factus eſt: cuius non ſum dignus, ut ſoluam eius corrigiam calciamen

ciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.]

LIBER SECVNDVS.

De Progressu Christi.

Continens, quæ fecit, ac dixit Iesus ab eius baptismo, inclusiuè, usque ad Feriam quintã Cœnæ dominicæ. Partitur in quatuor partes: quarum Prima tricesimi anni, Secunda tricesimiprimi, Tertia tricesimisecundi, & Quarta tricesimitertij continet opera, usq; in dictam Feriam quintam facta.

De Christi Baptizatione. *Mat. 3. Luc. 3. Mar. 1.* CAP. I.

[R A IN diebus illis uenit Iesus à Nazareth Galilææ M. in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te * debeo baptizari, &

In Iudæa

*opus habeo

ri, & tu uenis ad me? Respondens autem
Iesus, dixit ei: Sine modò: sic enim decet
nos implere omnem iustitiam. Tunc di-
misit eum. L. ſ Factum est autem cùm B
baptizaretur omnis populus, & Iesu ba-
ptizato R. in Iordane, L. & orantes
R. statim ascendens de aqua, M. ecce
aperti sunt ei cœli, & uidit Spiritum Dei
descendentem sicut columbam L. cor-
porali specie, M. & uenientem super ipsum.
Et ecce uox de cœlo dicens, Hic est fi- C
‡bene lius meus dilectus, in quo mihi ‡ com-
placui.

De Genealogia Christi.

Lucæ 3. CAP. II.

ET ipse IESVS erat incipiens anno- D
rum quasi triginta, ut putabatur fi-
lius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat,
qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit
Iamne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matha-
thiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui
fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Maath,
qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui
fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Io-
hanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel,
qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit
Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cozan,
qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit
Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui
fuit

fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arfaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuzalem, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane.]

De ieiunio, & tentatione Christi. *Matth. 4. Marc. 1. Luca 4.*

CAPVT III.

R A ET statim M. [ductus est Iesus in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. R. Eratq; cum bestiis. M. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, L. nihil manducauit in illis diebus, & consummatis illis

illis, M. poſtea eſuriit. Et accedens ten- B
tator L. diabolus M. dixit ei: Si filius
Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant.
L. Et reſpondit ad illum Ieſus: Scri-
Deut.8.a ptum eſt, quòd M. non in ſolo pane
uiuit homo: ſed in omni uerbo, quod
procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit
eum diabolus in ſanctam ciuitatem L.
Hieruſalem, M. & ſtatuit illum ſuper
pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius
Dei es, mitte te L. hinc M. deorſum.
Pſal.90.c Scriptum eſt enim, Quia angelis ſuis
mandauit de te, L. ut conſeruent, M. & C
in manibus tollent te, ne fortè offendas
ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus: rur-
Deut.6.c ſum, ſcriptum eſt, Non tentabis domi-
& 10.d num Deum tuum. Iterum aſſumpſit
eum diabolus, L. & duxit M. in mon-
tem excelſum ualde, & oſtendit ei omnia
regna mundi. L. in momento tempo-
ris, M. & gloriam eorum, & dixit ei:
Hæc omnia, L. & poteſtatem hanc uni-
uerſam M. tibi dabo: L. quia mihi tra-
dita ſunt, & cui uolo do illa. Tu ergo
procidens ſi adoraueris coram me, erunt
tua omnia. M. Tunc dixit ei Ieſus: Va-
de Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum
Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſer-
uies. L. Et conſummata omni tentatio-
ne,

ne, diabolus recefsit ab eo, M. & reli-
D quit eum L. uſq; ad tempus. M. Et ecce angeli acceſſerunt,& miniſtrabant ei.]

De aliis teſtimoniis Ioãnis de Chriſto. *Ioan.* I. CAP. IIII.

Altera die [*poſt egreſſum Ieſu de deſerto*] [uidit Ioannes IESVM uenientem ad ſe, & ait:Ecce agnus Dei:ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi:Poſt me uenit uir,qui ante me * factus eſt:quia prior me erat, & ego*neſciebã eum:[*ita plenè ſicut modò*] ſed ut manifeſtetur in Iſraël propterea ueni ego in aqua baptizans. Et teſtimoniũ perhibuit Ioannes,dicens: Quia uidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum: & ego neſciebam eum. Sed qui miſit me baptizare in aqua, ille dixit: Super quem uideris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Et
E ego uidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.]

*fuit

*nõ nouerams

De prima Diſcipulorum uocatione, qua ad ſimplicem Chriſti notitiã uocati ſunt.

Ioan. I. *Lucæ* 4. CAP. V.

[
1 Altera autem die ſtabat iterum Ioannes, & ex diſcipulis eius duo: & re-

ſpiciens IESVM ambulãtem, dixit: Ecce C
agnus Dei. Et audierunt eum duo diſci-
puli loquentem, & ſecuti ſunt IESVM.
Conuerſus autem IESVS & uidens eos
ſequentes ſe, dixit eis: Quem quæritis?
Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur
interpretatum magiſter) ubi habitas? Di-
cit eis: Venite & uidete. Venerunt & ui D
derunt, ubi maneret, & apud eum manſe-
runt illo die. Hora autem erat quaſi de-
cima. Erat autẽ Andreas, frater Simonis
Petri, unus ex duobus, qui audierant à
Ioanne, & ſecuti fuerant eum. [*alter uerò
erat Ioannes euangeliſta, per quem Iacobus
frater eius fuit uocatus.*] Inuenit hic pri-
mùm fratrem ſuum Simonẽ, & dixit ei:
Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpre-
tatum Chriſtus. Et adduxit eum ad IE-
SVM. Intuitus autem IESVS eum, dixit:
Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis
Cephas, quod interpretatur Petrus. In E
craſtinum uoluit exire in Galilæam. L.
Et regreſſus eſt IESVS in uirtute ſpiri-
tus in Galilæã, I. & inuenit Philippum,
& dixit ei IESVS: Sequere me. Erat au-
Ge.49.b tem Philippus à Bethſaida ciuitate An-
Deu.18.c dreæ & Petri. Inuenit Philippus Natha-
eſa.40.c. naël, & dixit ei: Quem ſcripſit Moyſes in
& 45.b lege, & prophetæ, inuenimus IESVM,
filium

filium Ioseph à Nazareth. Et dixit Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dixit ei Philippus: Veni, & uide. Vidit IESVS Nathanaël uenientē ad se, & dicit de eo: Ecce uerus Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respondit IESVS, & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret, cùm esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanaël, & dixit: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Respondit IESVS, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: *maius iis uidebis. Et dixit eis: Amen amen dico uobis, ‡uidebitis cælum aper- *maiora ‡ posthac
F tum, & angelos Dei ascēdentes & descendentes super filium hominis.]

SECVNDA PARS LIBRI SECVNDI.

Continens quæ fecit, ac dixit Iesus anno ætatis suæ trigesimoprimo.

De mutatione aquæ in uinum.

Ioan. II. CAP. VI.

A ET tertia die† nuptię factę sunt in Cana Galilęę, & erat mater IESV ibi. Vocatus est autem IESVS, & discipuli eius ad

nuptias. Et deficiente uino, dixit mater
IESV ad eum: Vinum non habent. Et di- B
xit ei IESVS: Quid mihi & tibi est mu-
lier? Nondum uenit hora mea. Dixit ma-
ter eius ministris: Quodcunque dixerit
uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hy-
driæ sex positæ secundum purificationẽ
Iudæorum, capientes singulæ metretas
binas, uel ternas. Dixit eis IESVS: Im-
plete hydrias aqua. Et impleuerunt eas
usque ad summum. Et dicit eis IESVS:
Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et C
tulerunt. Vt autẽ gustauit Architriclinus
aquam uinum factum, & non sciebat un-
de esset, ministri autem sciebant, qui hau-
serant aquam, uocat spõsum Architricli-
prius nus, & dicit ei: Omnis homo primùm
bonum uinũ ponit, & cùm inebriati fue-
rint, tunc id quod deterius est: tu autem
*nunc seruasti uinum bonum usq; *adhuc. Hoc D
fecit initium signorum IESVS in Cana
Galilææ, & manifestauit gloriam suam,
& crediderunt in eum discipuli eius.]

De primo aduentu eius ad pascha: deq; uendentiũ eiectione è tẽplo. *Ioan.* II. CAP. VII.

In Iudæa. POst hoc descendit in Capharnaum A
ipse & mater eius, & fratres eius, &
discip

discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus: & [prope erat pascha Iudæo-
B rum. Et ascendit IESVS Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes oues, & boues, & columbas, & numularios sedentes. Et cùm fecisset † quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Oues quoque, & boues, & numulariorum effudit *æs, & mensas subuertit. Et iis, qui columbas uendebãt, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum *negotiatiõis. Recordati uerò sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit IESVS & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo ei Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, [*per Zorobabel: nam Salomon septẽ annis perfecit.*] & tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corpo-
C ris sui. Cùm erro surrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat. Et crediderũt scripturæ, & sermoni, quem dixerat IESVS. Cùm autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uiden-

*pecuniam minutulam
* mercatus
† *Psal. 68.b*

tes signa, quæ faciebat. Ipse auté IESVS non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes. Et quia opus ei non D erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: Ipse enim sciebat, quid esset in homine.]

De Nicodemo. *Ioan. 3.* CAP. VIII.

[ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic uenit ad IESVM nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit IESVS, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit *denuo, non potest uidere regnum Dei. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo B potest homo nasci, cùm sit senex? Nunquid potest in uentré matris suæ *iteratò introire, & renasci? Respondit IESVS: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natú est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuò. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis: & nescis unde ueniat, *aut quo uadat. Sic est omnis,

*desuper

*secúdò

*&

omnis,qui natus eſt ex ſpiritu.Reſpondit
Nicodemus,& dixit ei: Quomodo poſ-
ſunt hæc fieri? Reſpondit IESVS,& di-
xit ei: Tu es magiſter in Iſraël, & hæc
C ignoras? Amen amē dico tibi,quia quod
ſcimus,loquimur, & quod uidimus,teſta-
mur,& teſtimonium noſtrum nō accipi-
tis. Si terrena dixi uobis,& non creditis:
quomodo,ſi dixero uobis cæleſtia, cre-
D detis? Et nemo aſcendit in cælum, niſi
qui deſcendit de cælo,filius hominis,qui
eſt in cælo. Et ſicut Moyſes exaltauit *Nu.21.c*
ſerpentem in deſerto, ita exaltari opor-
tet filium hominis: ut omnis qui credit
in illo,non pereat,ſed habeat uitam ęter-
nam.] [Sic enim Deus dilexit mundum,
ut filium ſuum unigenitū daret, ut omnis
qui credit in eum,non pereat, ſed habeat
E uitam æternam. Non enim miſit Deus
filium ſuum in mundum,ut iudicet mun-
dum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.
Qui credit in eum,non iudicabitur: qui
autem non credit,iam iudicatus eſt: quia
nō credit in*nomine unigeniti filii Dei. *nomen
Hoc eſt autem iudicium, quia uenit lux
in mundum. Et dilexerunt homines ma-
gis tenebras, quàm lucem: Erant enim
F eorum mala opera.Omnis enim,qui ma-
le agit, odit lucem, & non uenit ad lu-

cem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut G
manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.]

De querela, quòd Iesus baptizat. *Ioan. 3* CAP. IX.

Post hæc [uenit [*recedens ab Hierusalē ad alia loca Iudææ iuxta Iordanē*] A
IESVS, & discipuli eius, in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant multi & baptizabantur. Nondū enim fuerat missus Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio C
ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: & ueniebant ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniūt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo: ipsi uos mihi testimoniū perhibebitis, quòd dixerim: Non D
sum ego CHRISTVS, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem

cem

cem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me
E autem minui. Qui desursum est, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium, signauit, quia Deus uerax est. Quē enim misit Deus, uerba Dei loquitur. Non enim ad mensurā dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia de-
F dit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui autem incredulus est filio, nō uidebit uitam: sed ira Dei manet super eum.]

De Incarceratione Ioannis.

Matthæi XIIII. *Marc.* 6. *Luc.* 3. CAP. X.

[L. HErodes autem tetrarcha, cùm corriperetur à Ioanne de Herodiadé
A uxore R. Philippi fratris sui, quia duxerat eam: L. & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, M. (Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere R. uxorem fratris tui.) L. adiecit & hoc Herodes super omnia M. ac tenuit Ioannē, & alligauit eum, & posuit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris

ſui. R. Herodias autem inſidiabatur ei, & uolebat occidere eum,nec poterat.Herodes auté metuebat Ioannem,ſciēs eum uirum ſanctum & iuſtum. M. Et uolens eum occidere timuit populum,quia ſicut prophetam eum habebat. R. Et* cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.]

*obſeruabat

De initio publicæ prædicationis Ieſu. *Matthæi* 4. *Mar.* 1. *Ioan.* 4. CAP. XI.

M. CVm autem audiſſet IESVS quòd Ioannes traditus eſſet: I. Et ut cognouit, quia audierunt Phariſæi, quòd IESVS plures diſcipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes (quanquam IESVS nō baptizaret, ſed diſcipuli eius) reliquit Iudæam, R. & uenit in Galilæam. I. Cùm ergo ueniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia uidiſſent, quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto:& ipſi enim uenerāt ad diē feſtū [*paſchæ*]. A
M. Et relicta ciuitate Nazareth deſcendit,& uenit,& habitauit in Capharnaum ciuitate Galilææ maritima,in finibus Zabulon & Nephtalim, ut adimpleretur, quod dictum eſt per Eſaiam prophetam: Terra Zabulon,& terra Nephtalim,*uia maris B

*iuxta uiam

maris trans Iordanem Galilææ gentium: *Esa. 9. a*
populus, qui *ambulabat in tenebris, uidit *ſedebat
lucem magnam: & ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Exinde
C cœpit IESVS prædicare R. Euangelium regni dicens: Quoniam impletū eſt tempus, M. pœnitentiam agite R. & credite Euangelio, M. appropinquabit enim regnum cælorum.

De ſecūda uocatione diſcipulorū qua uocati ſunt ad Chriſti familiaritatē *Lucæ 5.* CAP. XII.

A FActum eſt autem, cùm turbæ irruerent in IESVM, ut audirent uerbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezāreth, & uidit duas naues, ſtantes ſecus ſtagnum. Piſcatores autem deſcenderāt, ‡ & ‡ *ex illis*
B lauabant retia. Aſcendens autem in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit Simoni: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam. Et reſpondens
C Simon, dixit illi: Præceptor, per totā noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo, laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſciū multitudinē copioſam. Rumpebatur autē rete eorum. Et

annuer

annuerunt sociis, qui erant in alia naui, ut
uenirent & adiuuarẽt eos. Et uenerunt &
impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè
mergerentur. Quod cùm uideret Simon
Petrus, procidit ad genua IESV, dicens:
Exi à me Domine, quia homo peccator D
ego sum. Stupor enim circũdederat eum,
& omnes, qui cum illo erãt in captura pi-
scium, quam ceperant. Similiter autem &
Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui
erant socii Simonis. Et ait ad Simonem
*post- IESVS: Noli timere, *ex hoc iam eris ho
hæc mines capiens. Et subductis ad terram na-
uibus, relictis omnibus secuti sunt illũ.]

De tertia uocatione apostolorum, quia uocati sunt ad Christi discipulatum.

Matthæi 4. *Mar.* 1. CAP. XIII.

[AMbulans autem IESVS & præter- M
iens iuxta mare Galilææ, uidit duos A
fratres, Simonem (qui uocatur Petrus) &
Andream fratrem eius, mittentes rete in
mare. Erant enim piscatores. Et ait illis
IESVS: Venite post me, faciã uos † fieri
piscatores hominum. At illi continuò re-
lictis retibus & naui: secuti sunt eum. Et
progressus inde, uidit alios duos fratres,
Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem
eius in naui cum Zebedæo patre eorum,
refic

reficientes retia eorum: & uocauit eos. Illi
B autem statim relictis retibus & patre R.
suo Zebedæo in naui cum mercenariis
suis, M. secuti sunt eum.]

De curatione cuiusdam dæmoniaci in synagoga ciuitatis Capharnaum. *Lucæ* 4. *Marci* 1. CAP. XIIII.

R. ET ingrediebatur Capharnaũ, & sta-
A tim sabbatis ingressus in synagogam
docebat eos: & stupebant super doctrina
eius. Erat enim docens eos, quasi potesta-
tem habens, & non sicut scribæ: L. quia
in potestate erat sermo ipsius R. Et in sy-
nagoga eorum erat homo L. dæmonium
habens immundum, & exclamauit uoce
magna, dicens, ‡ Sine, quid nobis & tibi ‡A
IESV Nazarene? Venisti ante tempus
perdere nos? Scio enim, quòd sis sanctus
Dei. R. Et comminatus est ei IESVS, L.
& increpauit eum, dicens: Obmutesce, R.
& exi ab illo. Et discerpens illum spiritus
immũdus, & exclamans uoce magna, ex-
iuit ab eo, L. nihilq; illi nocuit. Et factus
est pauor in omnibus, R. & mirati sunt
omnes, ita ut perquirerent inter se, & col-
loquebantur adinuicem, dicentes; Quid-
nam hoc est? Quænam doctrina hæc no-

ua? L. Quod eſt hoc uerbũ? Quia in poteſtate & uirtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt, R. & obediunt ei. L. & diuulgabatur fama de eo in omnem locum R. & regionem Galilææ.

De ſanatione omnis languoris.

Matthæi 4. CAP. XV.

ET circumibat IESVS totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & ſanans A
*fama omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo. Et abiit * opinio eius in
*tormi- totam Syriam. Et obtulerunt ei oẽs malè
nibus, habentes, uariis languoribus & *tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, et lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hieroſolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

De ſocru Simonis. *Luc.* 4. *Mat.* 8.

Mar. 1. CAP. XVI.

L. [SVrgens autem IESVS de ſynagoga, A
R. protinus L. intrauit in domum Simonis, R. & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne. L. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea: & ſtans ſuper illam, imperauit febri, M. & tetigit manum eius, & dimiſit

misit eã febris, & surrexit, & ministrabat eis. R. Vespere autem facto cùm occi-
B disset Sol, M. obtulerunt ei multos dæmonia habentes. L. At ille singulis manus imponens, M. eiiciebat spiritus uerbo, & omnes malè habentes curauit: ut adimpleretur quod dictũ est per Esaiam *Esa. 53. b* prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. L. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Quia tu es CHRISTVS filius Dei. Et increpans, nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse
C CHRISTVM. R. Et diluculo ualde surgens, egressus abiit in desertum locum ibique orabat. L. Et turbæ requirebant eum. R. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cùm inuenissent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos uicos, & ciuitates, ut & ibi prædicem, ad hoc enim
D ueni. L. Et uenerunt turbæ ad Christum, & detinebant eum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei: quia ad hoc missus sum. Et erat prædicans in Synagogis Galilææ.]

De uocatione Matthæi. *Lucæ 5. Matth. 9. Mar. 2.* CAP. XVII.

Et

L. [ET post hæc exiit [*de synagoga*] M. A
& dum transiret inde, R. egressus
est rursus ad mare [*Galilææ*] omnisque
turba ueniebat ad eum,& docebat eos. Et
cùm præteriret uidit M. IESVS L. pu-
blicanum R. Leui Alphæi, M. Mat- B
thæum nomine, sedentem in telonio, &
ait illi: Sequere me. L. Et relictis omni-
bus, surgens, secutus est eum.]

De electione duodecim discipulorum ad apostolatum, facta in monte Thabor: & prima parte sermonis Christi ibidem facti, continente octo beatitudines, & quasdam maledictiones.

Matthæi 5. Marci 3. Lucæ 6.

CAPVT XVIII.

L. [FActum est autem in illis diebus, A
[*postquam* IESVS *plures uocauit discipulos*] exiit in montem orare: & erat
pernoctans in oratione Dei. Et cùm dies
factus fuisset, uocauit discipulos R. quos
uoluit ipse, & uenerunt ad eum: & fecit ut
*secum, essent duodecim *cũ illo, ut mitteret eos
prædicare: & dedit illis potestatem curan-
di infirmitates, & eiiciendi dæmonia, L.
quos et Apostolos nominauit, Simonem,
quem

quem cognominauit Petrũ, & Andream fratrem eius, R. & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrẽ Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitrui: Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem Chananæum, L. qui uocabatur Zelotes, Chananæum, Iudam Iacobi,
B R. Thadæum, & Iudam Iscariotem, L. qui fuit proditor, qui tradidit eum. M. Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi posidebũt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt Iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cùm malè dixerint uobis homines & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malũ ‡aduersum uos mentien- ‡ *uerbum*
C tes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis.]

d Sic

Sic enim persecuti sunt & prophetas, qui fuerunt ante uos L. patres eorum. Et [descendens cum illis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui uenerunt, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabātur à spiritibus immūdis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cùm uos oderint homines, & separauerint uos, & D
*exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquã malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cælo.]

*probris affecerit

Veruntamen, uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui nunc ridetis, quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint uobis omnes homines: secundũ hęc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

Quòd prelati debent lucere ope-

re & sermone: & quòd Christus nō uenit ut solueret legem sed ut impleret. *Matthæi 5.*

CAPVT XIX.

A [VOs estis sal terræ. Quòd si sal *euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neq; accendunt lucernam & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est. Nolite putare, quoniam ueni soluere legem, aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico uobis, donec transeat cælum et terra, iota unum, aut unus apex, non præteribit à lege, do-
B nec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus uocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælo-
C rum.] [Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra, plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum

*insipidus fuerit,

 est

Exo. 29.c est antiquis: Non occides. Qui autem
Deut. 5.b occiderit, *reus erit iudicio. Ego autem
*obno dico uobis, quia omnis, qui irascitur fra-
xius tri suo ‡, reus erit iudicio. Qui autem
‡temerè dixerit fratri suo, Racha, reus erit * con-
*conses- cilio. Qui autem dixerit fratri suo, Fatue,
sui. reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers
munus tuum ad altare, & recordatus ibi
fueris, quia frater tuus habet aliquid ad-
uersum te, relinque ibi munus tuum an-
te altare, & uade prius reconciliari fra-
tri tuo: & tunc ueniens offeres munus
*bene- tuum.] Esto * consentiens aduersario D
uolus tuo citò, dum es in uia cum eo, ne fortè
aduersarius tradat te Iudici, & Iudex
tradat te ministro, & in carcerem mit-
taris. Amen dico tibi, non exibis inde,
donec reddas nouissimum quadrantem.
Exo. 20.c Audistis quia dictum est antiquis: Non
& 18.b mœchaberis. Ego autem dico uobis, quo-
niam omnis qui uiderit mulierem ad
*adulte concupiscendum eam, iam * mœchatus
rium co est eam in corde suo. Quod si oculus
misit cū tuus dexter * scandalizat te, erue eum, & E
ea. proiice abs te: expedit enim tibi, ut per-
*obsta- eat unum membrorum tuorum, quàm
culo tibi totum corpus tuum mittatur in gehen-
fuerit, nam Et si dextera manus tua scanda-
Sic infr. lizat te, abscinde eam, & proiice abs
te:

te : expedit enim tibi, ut pereat unum
membrorum tuorum, quàm totum cor-
pus tuum eat in gehennam. Dictum est *deu. 24.a*
autem : Quicunque dimiserit uxorem *& 19.b*
suam, det illi libellum repudii. Ego au-
tem dico uobis, quia omnis qui dimiserit
uxorem suam (excepta causa fornicatio-
nis) facit eam mœchari : & qui dimis-
F sam duxerit, * adulterat. Iterum audistis, *adulte-
quia dictum est antiquis : Non peierabis, riũ com-
reddes autem Domino iuramenta tua. mittit.
Ego autem dico uobis, Non iurare omni *Leu. 19.c*
no : neque per cælum, quia thronus Dei *Exo. 20.b*
est : neque per terram : quia scabellum pe- *Deut. 5.b*
dum eius est : neque per Hierosolymam,
quia ciuitas est magni Regis : neque per
caput tuum iurabis, quia non potes unum
capillum album facere, aut nigrum. Sit
autem sermo uester, * Est, est : Non, non. * Etiam,
quod autem his abundantius est, à ma- etiam.
lo est.

De patientia habenda, & largitate erga proximos exhibenda.

Matthæi 5. *Lucæ 6.*

CAPVT XX.

AVdistis quia dictũ est: Oculum pro *Exo. 21.a*
oculo: & denté pro dente. Ego au- *Leu. 24.d*
A tem dico uobis: Non resistere malo Sed si *Deu 19.d*

*alapa ce ciderit quis te * percusserit in dexterã maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:& qui

* adegerit te*angariauerit mille passus,uade cum eo & alia duo. Qui petit à te,da ei:& uolenti C mutuari à te, ne auertaris. L. Omni autem petenti te tribue. Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis si-

Leu. 19.d militer. M. [Audistis,quia dictũ est:Di- D liges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros: Benefacite iis, qui oderũt uos: Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro persequentibus &

*offendentibus *calumniantibus uos,ut sitis filii patris uestri, qui in cælis est. qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos E qui uos diligũt,quam mercedẽ habebitis? Nónne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratros uestros tantùm, quid amplius facitis? Nõne & Ethnici hoc faciunt? L. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt,quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis accipere,quæ gratia est uobis?Nã & peccatores

catores peccatoribus * fœnerãtur, ut reci- * mutuũ
piant æqualia. Veruntamen mutuum da- dant,
te, nihil inde sperantes, & erit merces ue-
stra multa: & eritis filii Altissimi. Quia
ipse benignus est super ingratos & malos.
F M. Estote ergo perfecti, sicut & pater
uester cælestis perfectus est.]

De laude humana in bonis operibus non quærenda. *Matth. 6.*

CAPVT XXI.

[A Ttendite ne * iustitiam uestram fa- *eleemo
A ciatis coram hominibus, ut uidea- synam
R mini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in cælis est. Cùm ergo facis eleemosynam, noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amẽ dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: ut eleemosyna tua sit in abscõdito: & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.‡] Et cùm ‡ *in propatulo.*
oratis, non eritis sicut hypocritæ, tristes: qui amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab ho-
B minibus. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam. [*non enim intendunt exaudiri, sed uideri*] Tu autem cùm oraue-

ris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. [*Aliquid facere in abscondito: est, tantum uelle uideri à Deo.*

De modo orandi, & indulgendi. K

Mat. 6. Luc. 11. CAP. XXII.

M ORantes autem nolite multū loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo asimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequam petatis eum. Sic enim orabitis: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem L. [&] quotidianum M. da nobis hodie: & * dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, ‡ Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester cælestis peccata uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. A

*remitte

‡ *Quia tuum est regnū & potentia in secula seculorū.*

De modo ieiunādi, & de nō thesaurizando in terra, sed in cælo.

Matth. 6. Luc. 12. CAP. XXIII.

Cùm

[M CVm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. *Exterminant *obscurant
A enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amē dico uobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autē cùm ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunās, sed patri tuo, qui est in absconso: & pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi. ‡Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ‡in propatulo ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autē uobis thesauros in cælo, ubi nec ærugo nec tinea demolitur: & ubi fures nō effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū.] Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus [*id est, intentio*] fuerit simplex, & totū corpus tuum [*id est, opus*] lucidum erit. Si au-
B tem oculus tuus fuerit nequam, totū corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? [Nemo potest duobus dominis [*contraria iniungentibus*] seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Nō potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animæ uestræ, quid mādučetis, ‡ aut cor- ‡*& quid bibituri sitis,*

pori ueſtro, quid induamini. Nónne anima eſt plus quàm eſca, & corpus plus quàm ueſtimētum? [*Solicitudo, qua impediuntur ſpiritualia prohibetur: non ſolicitudo prouidētiæ.*] Reſpicite uolatilia cæli, quia C non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater ueſter cæleſtis paſcit illa. L. Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos: quanto magis uos pluris eſtis illis?

*ſolicitudine

Quis autem ueſtrum * cogitando, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unū? Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? M. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: D non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit: quanto magis uos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? L. Et * nolite in ſublime tolli. Hæc autem gētes mundi quærunt. M. Scit enim pater ueſter ‡ quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei & iuſtitiā eius, & hæc omnia

* ne ſublimia cureris

‡ *cæleſtis*

E omnia adiicientur uobis.] Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit enim diei*malitia sua. *affli-ctio

De misericordia facienda, & non iudicando, ac fiducia orationis. *Luca 6. Math. 7.*

CAPUT XXIIII.

[Estote ergo misericordes, sicut & pa-
I ter uester misericors est. Nolite iu-
A dicare,& non iudicabimini. Nolite condemnare & nõ condemnabimini. Dimittite,& dimittemini. Date,& dabitur uobis, mensuram bonam,& confertã,&*coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum uestrũ. Eadem quippe mẽsura, qua mensi fueritis, remetietur uobis. Dicebat autem & illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo: & tunc per- *pressã & cõcussam.

spicies

ſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui.] M. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ueſtras ante porcos: ne fortè cōculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant uos. Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex uobis homo, quem ſi petierit filius ſuus pané, nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi petierit piſcem, nunquid ſerpentem porriget ei? Aut ſi petierit ouum, nunquid ſcorpionem porriget illi? Si ergo uos, cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis ueſtris: quantò magis pater ueſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.

B

C

D

De arcta uia, & concluſione ſermonis Domini in monte Thabor facti.

Matthæi 7. *Lucæ 6.* CAP. XXV.

A

M INtrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, &

& arcta uia est, quæ ducit ad uitam: &
B pauci sunt qui inueniunt eam. [Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? L.
C Non est enim arbor bona, quæ facit *fructus malos. Neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia
D enim cordis os loquitur. M. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. L. Quid autem uocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? M. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit uoluntatem patris mei,

* fructũ marcidum.

mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnũ
cælorum.] Multi dicent mihi in illo die: E
Domine, Domine, nónne in nomine tuo
prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia
eiecimus, & in nomine tuo uirtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor
illis, quia nunquam noui uos. Diſcedite
à me omnes, qui operamini iniquitatem.
L. Omnis qui uenit ad me, & au- F
dit ſermones meos, & facit eos: oſtendam
uobis cui ſit ſimilis. Similis eſt homini
ædificanti domum, qui fodit in
altum, & poſuit fundamentum ſupra petram.
M. Et deſcendit pluuia, & uenerunt
flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt
in domum illam, & non cecidit:
fundata enim erat L. ſupra firmam
petram. M. Et omnis qui audit uerba
mea hæc, & non facit ea, ſimilis eſt uiro
ſtulto, qui ædificauit domum ſuam
ſuper arenam L. ſine fundamento: M.
& deſcendit pluuia, & uenerunt flumina,
& flauerunt uenti, & irruerunt in
domum illam L. in quam illiſus eſt
fluuius: & continuo cecidit & facta eſt
*ruina domus illius magna. M. Et fa- G
ctum eſt cùm conſummaſſet Ieſus uerba
hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina
eius. Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem

*fractura

ſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.

De leproſo ſanato. *Matth. 8. Mar. 1. Lucæ 5.* CAP. XXVI.

[M A CVm autẽ deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. L. Et factũ eſt, cùm eſſet in una ciuitatum, [*id eſt, iuxta unã ciuitatem, ſcilicet Capharnaum, diſtans à monte Thabor tribus miliaribus*] M. & ecce leproſus, L. uir plenus lepra, uidens Ieſum, M. adorabat eum R. genu flexo. L. & procidens in faciem ſuam, rogauit eum, dicens: Domine, ſi uis, potes me mundare. R. Ieſus autem miſertus eius, L. tetigit eum, dicens: M. Volo: *mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. R. Et comminatus eſt ei, *mũdare ſto.

B ſtatimq; eiecit illum, & dixit ei M. Ieſus: Vide nemini dixeris, ſed uade oſtende te ſacerdoti: & offer munus tuũ, quod præcepit Moyſes, in teſtimoniũ illis. R. Et egreſſus cœpit prædicare & *diffamare ſermonem. L. Perambulabat autẽ magis ſermo de illo, & cõueniebãt turbæ multæ, ut audirent illũ, & curarẽtur ab infirmitatibus ſuis, R. ita ut iam nõ poſſet manifeſtè introire in ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis eſſe. L. Ipſe autem ſecedebat in deſertũ & orabat, R. & cõueniebant ad eũ undiq;.] *Leu. 14.* *diuulgare

De

De seruo Centurionis. *Matth.* 8. *Lucæ* 7. CAP. XXVII.

L. [CVm autem impleſſet omnia uerba A ſua ad aures plebis, intrauit Capharnaum : Centurionis autem cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus, qui erat illi pretioſus. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, ut ueniret, & ſaluaret ſeruum eius. At illi cùm ueniſſent ad Ieſum, rogabant eum *ſolicitè, dicentes ei : Quia dignus eſt, ut hoc illi præſtes, diligit enim gẽtem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autẽ ibat cum illis. Et cùm iam non longe eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos. M. Acceſsit autem ad eum Centurio & rogans eum dixit: Domine, *puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego ueniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait. L. Domine, noli uexari. Non enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres. Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, ut uenirem ad te: M. Sed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego ſum homo ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & uadit: & alio, Veni, & uenit:

*ſtudioſe,

*famulus

& uenit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem hæc IESVS, miratus est. L. Et conuersus sequentibus se turbis dixit: Amen amen dico uobis, M. non inueni tantam fidem in Israël. Dico autem uobis, quòd multi ab Oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.
D. Et dixit IESVS Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi: & sanatus est puer in illa hora.] L. Et reuersi, qui missi fuerant, domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

De filio uiduæ suscitato.

Lucæ 7. CAP. XXVIII.

A ET factum est deinceps [ibat IESVS in ciuitatem, quæ uocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius ‡ & turba copiosa. Cùm autẽ appropinquarent portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius *unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quã cùm uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait*: Adolescens tibi dico,

‡ *multi,*

* unigenitus

* adolescentulo

dico, Surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus uisitauit plebem suam.] Et exiit hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnem *circa regionem.

*circũiacentem

De scriba doloso, & de duobus uolentibus sequi Christum.

Matt. 8. Luc. 9. CAP. XXIX.

M. VIdens autem IESVS turbas multas circum se, iussit discipulos suos ire *trans fretum. [*Galilææ*] L. Factum est autem ambulantibus illis in uia, M. accedẽs unus Scriba, ait illi: Magister sequar te quocunque ieris. Et dixit ei IESVS: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meũ. IESVS autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. L. Tu autem uade & annũtia regnum Dei. Et alter ait: Sequar te Domine, sed primum permitte mihi * renuntiare iis, qui domi sunt. Ait autem ad illum IESVS:

*in ulteriorẽ ripam.

*ut ualedicam

Nemo

C Nemo mittens manum ad aratrum,& respiciens retro,aptus est regno Dei.

De quietatione maris ad iussum Christi. *Matth.* 8. *Mar.* 4. *Lucæ* 8. CAP. XXX.

R. A ET ait illis in illa die, cùm sero factũ esset, Transeamus * contra.[*ad locũ oppositum ultra mare.*] Et dimittẽtes tur- *in ulteriorẽ ripam
B bam assumunt eum ita, ut erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. M. [Et ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. L. Et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum: &*ascenderunt. *recesserunt.
Nauigantibus autẽ illis,obdormiuit. M. Et ecce motus magnus factus est in mari,ita ut nauicula operiretur fluctibus. L. Et cõpellebãtur[*fluctibus*] & periclitabãtur.M.Ipse uerò dormiebat R. in puppi super ceruical. M. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicẽtes.Domine salua nos,perimus. Tũc surgens imperauit uentis,& mari,& facta est tranquillitas magna. L. Dixit autem eis:Vbi est fides uestra? M. Quid timidi estis modicæ fidei? R. * Necdum habetis fidem? M. Porrò homines mirati sunt, R. & timuerunt timore magno,& dicebant ad alterutrũ: Quisputas est iste? *Quomodo non

*Quisnam M. * Qualis est hic? R. quia uentis &
*mari imperat, & obediunt ei.]
*aquae

De duobus dæmoniacis curatis.

Matt.8. Mar.5. Luc.8. CAP. XXXI.

ET nauigauerunt, R. & uenerunt A
trans fretum maris, M. in regioné
Gerasenorum, L. quæ est contra Galilæam: & cùm de naui egressus esset ad terram, M. occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita ut nemo posset trãsire per uiã illam. L. Qui auté habebat dæmoniũ B
iam temporibus multis, & uestiméto nõ induebatur, neque in domo manebat: sed R. domicilium habebat in monuméntis, & neq; catenis iam poterat quisquã eum ligare, quoniam sæpe compedibus & catenis uinctus, diripuisset catenas, & compedes diminuisset, & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. L. Agebatur à dæmonio in deserto. R. Videns autem IESVM à longe cucurrit, & adorans, L. procidit ante illum. M. Et ecce ambo C
clamabant L. uoce magna, M. dicentes: Quid nobis & tibi IESV fili Dei L. altissimi? M. Cur uenisti huc ante tempus torq

torquere nos? R. Adiuro te per Deum, L. & obſecro, ne me torqueas. Præcipiebat enim illi, R. Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen eſt? Et dixit ei, Legio mihi nomē eſt, quia multi ſumus. L. Intrauerant enim dæmonia multa in eū. Et rogauerunt eū R. multū, L. ne imperaret illis, ut in abyſſum irent: R. ſed ne ſe expelleret extra regionem. M. Erat autem nō longe ab illis grex porcorū multorum, R. circa montē paſcens in agris. M. Omnes autem rogabant eū, dicentes:
D Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregē porcorum, R. ut in eos introëamus. Et conceſsit eis ſtatim IESVS, M. & ait illis: Ite. At illi exeuntes abierūt, & introierūt in porcos. M. Et ecce magno impetu abiit totus grex per præceps R. præcipitatus in mare ad duo milia, et ſuffocati in mari
E M. mortui ſunt in aquis. L. Quod ut uiderunt factum paſtores, qui paſcebant R. eos, fugerunt: M. & uenientes nuntiauerunt in ciuitatem, R. & in agros, L. & in uillas M. hæc omnia, & de his, qui dęmonia habuerūt. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam IESV, L. uidere quod factū eſt. Et uenerūt ad IESVM, R. & uident illum qui à dæmonio uexabatur, L. & à

quo dæmonia exierant, sedentem ad pedes eius uestitum, R. & sanæ mentis, & timuerunt. L. Nuntiauerunt autem illis & qui uiderant, quomodo sanus factus fuisset à legione, R. & de porcis. M. Et uiso eo, L. rogauerũt illũ omnis multitudo Gerasenorum, M. ut transiret, R. F
& discederet de finibus eorum, L. & ab ipsis: quia magno timore tenebantur. R. Cumq; ascenderet nauim [*ut de terra Gerasenorum rediret in Galilæam*] cœpit illum deprecari, qui à dæmonio [*sauius*] uexatus fuerat, ut esset cum illo: & non admisit eum, sed ait illi: Vade L. & redi G
in domum tuam R. ad tuos, & nuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. L. Et abiit per uniuersam ciuitatem R. & cœpit prædicare in Decapo- H
li, quanta sibi fecisset IESVS: & omnes mirabãtur. Et cùm transcẽdisset IESVS in naui rursus trans fretum, conuenit turba multa ad eum, L. & erant omnes expectantes eum, R. circa mare.

De Paralytico sanato. *Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5.* CAP. XXXII.

M. ET ascendens IESVS in nauiculam A
transfretauit, & uenit in ciuitatem suam R. Capharnaum post dies aliquot.

L.

L. ⌈Factum est autem una dierũ, & ipse sedebat docens. R. Et auditum est, quòd in domo esset, & confestim conuenerunt multi, ita ut non †caperent * neque ad ianuam, & loquebatur eis uerbum. L. Et erant Pharisæi sedẽtes & legis doctores, qui uenerãt ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem. Et uirtus Domini
B erat ad sanandum eos. M. Et ecce offerebant paralyticum iacentem in lecto, R. qui à quatuor portabatur. L. Et quærebant eum inferre, & ponere ante eum: & non inuenientes, qua parte eum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, R. & nudauerunt tectum ubi erat, & patefacientes L. per tegulas, submiserunt eum in lecto in medium ante IESVM. M. Et uidens IESVS fidem illorum, dixit paralytico: Fili confide, remittuntur tibi pec-
C cata tua. L. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, R. cogitantes in cordibus suis, L. & dicentes intra se: L. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt autẽ cognouit IESVS R. in Spiritu sancto L. cogitationes eorum, respondens,
D dixit ad illos: M. Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere R. paralytico: Remittũtur tibi pec-

† *amplius*
* ne ea quidem quæ

cata tua, an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem sciatis, quoniam filius hominis habet potestaté in terra dimittédi peccata, ait paralytico, Tibi dico, surge, tolle lectum tuũ, & uade in domũ tuam. L. Et confestim corã illis surgens, tulit lectum suum, in quo iacebat, & abiit in domum suam magnificans Deum. Et stupor apprehendit oés, E & magnificabãt Deum, & glorificabant, qui dedit potestaté talem hominibus. L. & repleti sunt timore magno, dicentes: Quia uidimus mirabilia hodie,] R. quia nunquam sic uidimus.

De conuiuio in domo Matthæi.

Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5. CAP. XXXIII.

L. [FEcit autem ei conuiuium magnum A Leui in domo sua. [*post curationem paralytici.*] M. Et factum est discumbente IESV in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, discũbebant cum IESV, & discipulis eius. R. Erant enim B multi, qui sequebantur eum. M. Et uidentes Pharisæi & Scribæ, R. quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, L. murmurabant, dicentes ad discipulos eius: M. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat R. & bibit magister

ſter ueſter? L. & uos manducatis & bibitis?Et reſpondens IESVS, ait illis:Non egent, qui ſani ſunt, medico:ſed qui malè habent. M. Euntes autem diſcite, quid eſt: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. R. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores L. ad pœnitentiam.] R. Et erant diſcipuli Ioannis & Phariſæo- *Oſee 6.c*
C rum ieiunantes. M. Tunc acceſſerunt ad eum, dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, L. & obſecrationē faciũt diſcipuli Ioannis, ſimiliter & Phariſæorum: tui autem edunt & bibunt M. & non ieiunant? Et ait illis IESVS: Nunquid poſſunt filii ſponſi R. & *nuptiarum, quandiu cum illis eſt ſponſus, ieiunare M. & lugere? R. Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autem dies, quando auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt

*thalami nuptialis,

D in diebus illis. L. Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Quia nemo commiſſuram à ueſtimẽto nouo mittit in ueſtimentum uetus. R. Nemo enim aſſumentum panni rudis aſſuit ueſtimẽto ueteri, alioqui aufert ſupplementum nouum à ueteri. M. Tollit enim plenitudinem eius à ueſtimento, L. quia nouum rumpit, M. & maior ſciſſura fit: L. & ue-

teri non cõuenit commiſſura à nouo. M. Neq; mittunt uinum nouum in utres ue- B teres: alioqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinũ nouum in utres nouos mittunt, R. & mitti debet, L. ut utraque conſeruentur. L. Et nemo bibẽs uetus, ſtatim uult nouum, dicit enim: Vetus melius eſt.

De filiæ Archiſynagogi ſuſcitatione, & de Emorroiſſa.

Matthæi 9. Mar 15. Lucæ 8.

CAPVT XXXIIII.

[M. HAec illo loquente ad eos: ecce prin- A ceps L. ſynagogæ, cui nomen Iaïrus cecidit ad pedes IESV rogãs eum, ut intraret domum ſuam: quia unica filia erat illi ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. M. Et adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed ueni, impone manum tuam ſuper eam, & uiuet. Et ſurgens IESVS [*de domo Matthæi*] ſequebatur eum, & diſcipuli eius, R. & turba multa. L. Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. M. Et ecce B mulier, quæ fluxum ſanguinis patiebatur duodecim annis, R. & fuerat multa perpeſſa à medicis pluribus, L. & *erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec quicquam

* inſum pſerat

quam profecerat, nec ab ullo potuit curari, R. ſed magis deterius habebat. Cùm audiſſet de IESV, uenit in turba retrò, L. & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. M. Dicebat autem intra ſe: Si tetigero tantùm ueſtimentum eius, ſalua ero. L. Et confeſtim ſtetit fluxus, R. & ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quòd ſanata eſſet à plaga. Et IESVS ſtatim agnoſcens in ſemetipſo uirtutem, quę exierat de illo, conuerſus ad turbam, ait: L. Quis me R. & ueſtimenta mea tetigit? L. Negantibus autem omnibus, Petrus, & qui cum eo erant, dixerunt: Præceptor, turbæ te comprimunt, & adfligunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Et dixit IESVS: Aliquis me tetigit, nam & ego noui uirtutem de me exiſſe. R. Et circunſpiciebat uidere eam, quæ hæc feC ciſſet. L. Videns autem mulier, quia non latuit eum, timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, uenit & procidit ante eum ad pedes eius, & ob quam cauſam tetigerat eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. M. At IESVS conuerſus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. L. Vade in pace, R. & eſto ſana à plaga tua. M. Et ſalua facta eſt

mulier

mulier ex illa hora. R. Adhuc eo lo- D
quente, uenerunt nuntii ad archisynago-
gum, dicentes: Quia filia tua mortua est,
quid ultra uexas magistrum? L. Noli ue-
*magi- xare *illum. I E S V S autem hoc uerbo au
strum. dito, R. quod dicebatur, ait archisynago-
go, L. patri puellæ: Noli timere: tantum-
modo crede, R. & salua erit. M. Et cùm
uenisset I E S V S in domum principis, R.
non admisit quenquam se sequi, nisi Pe-
trum, et Iacobum, et Ioannem fratrem Ia-
cobi. Et ueniũt in domum archisynago-
gi: & uidit tumultum, & flentes, & eiulan-
tes multùm, M. & tibicines. L. Flebant
autem omnes, & plangebãt illam. At ille
*tumul- dixit: Nolite flere. R. Quid *turbamini
tuamini? & ploratis? M. Recedite, non est mortua
puella, sed dormit: & deridebant eum, L.
scientes quòd mortua esset. R. Ipse uerò
eiectis turbis, assumit patrem, & matrem
puellæ, & qui secum erant. Et ingrediun-
tur ubi puella erat iacens, & manum puel-
læ tenens, L. clamauit, R. & ait illi: Tabi-
ta cumi, quod est interpretatum: Puella,
tibi dico, Surge. L. Et reuersus est spiritus
eius, & surrexit continuò: R. & ambula-
bat, L. & iussit illi dare manducare. R. Et E
obstupuerunt stupore magno L. paren-
tes eius: quibus præcepit uehementer, ne
cui

cui dicerent, quod factum erat. M. Et exiit fama hæc in uniuersam terram.] R. Et egressus inde, abiit in patriam suam [*Nazareth.*] Et sequebantur eum discipuli eius.

De duobus cæcis illuminatis, & de muto dæmoniaco. *Math. 9.*

CAPVT XXXV.

A ET transeunte inde IESV, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid. Cùm autem uenisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dixit eis IESVS: Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei: Vtique, Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis IESVS, dicens: uidete,
B ne quis sciat. Illi autem exeuntes *diffamauerunt illum per totam terram illam. Egressis autem illis, ecce obtulerunt illi hominem mutum, habētem dæmonium.
C Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

*diuulgauerūt famam eius.

Iubentur discipuli rogare Dominum

minum messis mittere operarios. *Matth. 9. Mar. 6. Luc. 10.*

CAPVT XXXVI.

M ET circumibat IESVS omnes ciuitates, & castella in circuitu, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, et curans omnem languorem, & omnem infirmitatem†. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant uexati & *iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominũ messis, ut mittat operarios in messem suam. A B

† *in populo.*

* dispersi

De missione duodecim apostolorum ad prædicandum, cum potestate curandi. *Matt. 10. 11. Mar. 6. Luc. 9.* CAP. XXXVII.

[L. COnuocatis autem IESVS duodecim apostolis, R. cœpit eos binos mittere. L. Deditq; illis uirtutem, & potestatẽ, super omnia dæmonia, M. ut eiicerent, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorum hæc sunt nomina: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, A B

Thom

Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thadæus, Simon Chananæus, & Iudas Iſchariotis, qui tradidit eũ. Hos duodecim miſit IESVS L. prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos, M. præcipiens eis, & dicens: In uiam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad
C oues, quæ perierunt domns Iſraël. Euntes autẽ prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cęlorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate: dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſsidere aurum, neque argentum. R. Et præcepit eis, ne quid tollerent in uia, niſi uirgam tantùm. [*ex lem, quam tunc apud Iudæos (ut nunc apud nos cliens) prædicator portabat.*] L. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in uia, neq; uirgam, [*groſſulam, cui innitamini*] neque peram, neq; panem, neque pecuniam, R. neque in zona æs, neque duas tunicas habeatis, M. neq; calciamenta, R. ſed calceatos ſanda-
D liis. M. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. In quancunque autem ciuitatem, aut caſtellum, L. aut domum intraueritis, M. interrogate, quis in ea dignus ſit: & ibi
E manete, donec exeatis. Intrantes autem domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.

domui. Et ſiquidem fuerit domus illa di-
gna, ueniet ſuper eam pax ueſtra. Si au-
tem non fuerit digna, pax ueſtra ad uos
reuertetur. Et quicunque non receperit
uos, neque audierit ſermones ueſtros, ex-
euntes foras de domo uel ciuitate illa ex-
cutite puluerem de pedibus ueſtris, L. in
teſtimonium ſuper illos. M. Amen dico F
uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ,
& Gomorrhæorũ in die iudicii, quàm illi
ciuitati. [Ecce ego mitto uos, ſicut oues
in medio luporum: Eſtote ergo pruden-
*ſynceri tes, ſicut ſerpentes: & *ſimplices ſicut co-
lumbæ. Cauete autem ab hominibus, tra-
dent enim uos in conciliis, & in ſynago-
gis ſuis flagellabunt uos: & ad Præſides,
& Reges ducemini propter me, in teſti-
moniũ illis & gentibus. Cùm autem tra-
*ne ſitis dent uos, *nolite cogitare, quomodo, aut
ſoliciti, quid loquamini: dabitur enim uobis in
illa hora, quid loquamini. Non enim uos
eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus patris ue-
ſtri, qui loquitur in uobis. Tradet autem G
frater fratrem in mortem, & pater filium,
& inſurgent filii in parentes, & eos affi-
cient. Et eritis odio omnibus hominibus
*ſuſti- propter nomẽ meum. Qui autem *perſe-
nuerit uerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.]
Cùm autem perſequentur uos in ciuitate H
iſta,

ista, fugite in aliam. Amen dico uobis,
non *consummabitis [*neq; successores ue-
stri, conuertendo*] ciuitates Israël, donec ue-
niat filius hominis. [*ad iudicium uniuer-*
I *sale.*] Non est discipulus super magistrũ,
nec seruus super Dominum suum. Sufficit
discipulo, ut sit sicut magister suus, & ser-
uo, sicut dominus eius. Si patremfamiliâs
Beelzebub uocauerunt [*dicendo in Beelze
bub illum operari*] quantò magis domesti-
cos eius? Ne ergo timueritis eos. [Nihil
est enim opertum, quod non reueletur: &
occultum, quod non sciatur. Quod dico
uobis in tenebris, dicite in lumine: &
quod in aure auditis, prædicate super te-
cta. Et nolite timere eos, qui occidũt cor-
pus, animam autem nõ possunt occidere:
sed potius ipsum timete, qui potest &
corpus & animam perdere in gehennam.
Non'ne duo * passeres asse uæneunt, &
unus ex illis non cadit super terram sine
patre uestro? Vestri autem & capilli capi-
K tis omnes numerati sunt. Nolite ergo ti-
mere, multis passeribus * meliores estis
uos. Omnis ergo, qui confitebitur me co-
ram hominibus, confitebor & ego eum
coram patre meo, qui est in cælis. Qui au
tem negauerit me coram hominibus, ne-
gabo & ego eum coram patre meo, qui

*perambulaueritis

*passerculi

*præstatis.

est in cælis.] [Nolite arbitrari, quia uenerim mittere pacem in terram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim

*dissidere facere

hominē *separare aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, et nurum aduersus socrū suam & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrē suum, aut L matrem plus quàm me, nō est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet illā. L. [Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Et qui accipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicunque dederit potum uni

*ex pusillis,

ex istis *minimis, calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam.] M. Et factū est, cùm consummasset IESVS uerba hæc, præcipiens duodecim discipulis suis, L. egressi circuibant per castella euangelizantes, & curantes ubique.] R.

Præd

Prędicabant autem,ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos ægros,& sanabantur. M. Transiit autem IESVS inde, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. [*in quibus apostoli fuerant cõmorati, prędicantes.*]

De interrogatione Ioannis, Tu es qui uenturus es? *Math. 11. Lucæ 7.* CAP. XXXVIII.

L A ET nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus iis. M. [Ioannes uerò cùm audisset in uinculis opera Christi, mittẽs duos de discipulis suis ad IESVM, dixit: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? L. Cùm autem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora, curauit multos à languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum. M. Et respondens IESVS, ait illis: Euntes renuntiate Ioanni, quæ uidistis, & audistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resur-
B gunt, pauperes *euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit *scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit IESVS sus

*accipiũt euãgelii nũtium.
*offen-

dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, L. & qui in pretiosa ueste sunt, & in delitiis, M. in domibus Regum sunt. Sed quid existis uidere?
*excellé- Prophetam? etiam dico uobis,& *plus-
tioré p- quam prophetam. Hic est enim, de quo C
phetam. scriptum est: Ecce ego mitto *angelum
*nuntiũ. meum ante faciem tuam, qui præparabit
Mat. 3.a uiam tuam ante te.] Amen dico uobis, D
non surrexit inter natos mulierum, maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorũ, maior est in illo. [*nam infimus beatorum perfectior est quolibet iusto uiatore.*] A diebus autem Ioannis Baptistæ usque nunc, regnum cælorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud. [*per uim pœnitentiæ.*] Omnes enim prophetæ & lex usque ad Ioannem, prophetaue-
Matt.3.b runt. Et si uultis recipere, ipse est Helias, E
qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat. L. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homi- F
nes

nes generationis huius, et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicẽ, & dicentibus: Cantauimus uobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit enim Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens uinum, & dicitis: Dæmoniũ habet. Venit filius hominis, manducans, & bibens, & dicitis: M. Ecce homo uorax, & potator uini, Publicanorum & peccatorum amicus. L. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. [*discipulis.*]

De maledictionibus ciuitatum, quibus prædicauerat Christus.

Matthæi 11. Marci 4. Lucæ 10.

CAPVT. XXXIX.

A M TVnc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiam: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ in uobis factæ fuerunt, olim in *cilicio & cinere sedentes, L. pœniterent. M. Veruntamen dico uobis, Tyro B et Sidoni remissius erit in die iudicii, quã uobis. Et tu Capharnaum, *nunquid usq; ad cælum exaltaberis? usque ad infernum descen

*sacco

*quæ es usque ad cælũ exaltata?

deſcendens, quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes, quæ in te factæ ſunt, forte manſiſſent uſque in hunc diem. Veruntamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remiſsius erit in die iudicii, quàm tibi. R.
Et ueniunt ad domum, & cõuenit iterum C
turba, ita ut non poſſet neq; panem manducare. Et cùm audiſſent, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem uerſus eſt. Et ſcribæ, qui ab Hieroſo- D
lymis deſcenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet.

De reditu apoſtolorum ad Chriſtum. *Mar. 6. Lucæ 9.* CAP. XL.

1. ET reuerſi apoſtoli, R. conuenientes A
ad Ieſum renunciauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant. Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. L. Et aſſumptis illis, ſeceſsit deorſum in locum deſertum qui eſt Bethſaida. R. Erant enim qui uenie- B
bant & redibant multi, & nec ſpatiũ manducandi habebant.

De miſsione ſeptuaginta duorũ diſcipulorum. *Luc. 10.* CAP. XLI.

Γ POſt hæc autem deſignauit dominus A
& alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnẽ ciuitatem & locum, quo erat ipſe uenturus,

&

& dicebat illis: Meſsis quidē multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominū meſsis, ut mittat operarios in meſſem ſuā. Ite, ecce mitto uos, ſicut agnos inter lu-
B pos. Nolite portare ſacculū, neq; peram, 4.reg. 4.c
neque calciamenta, & neminem per uiam ſalutaueritis. In quamcunque ‡ domum ‡ autem
intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illam pax ueſtra. Sin autem, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibētes, quæ apud illos ſunt. Dignus enim eſt operarius mercede ſua.
C Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis & ſuſceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, & curate infirmos, qui in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquabit in uos
D regnum Dei.] In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non receperint uos, exeuntes de plateis eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhæſit pedibus noſtris de ciuitate ueſtra, extergimus in uos. Tamen hoc ſcitote, quia appropinquabit regnum
E Dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa
*remiſsius erit, quàm illi ciuitati. *tolerabilius

De reuerſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum. *Matth. 11. Luca 10.* CAP. XLII.

L. [REuersi sunt autem septuaginta duo A
cum gaudio, dicentes: Domine etiã
dæmonia subiiciuntur nobis in nomine
tuo. Et ait illis: Videbã Satanam sicut fulgur de cælo cadentem: & ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes, & super scorpiones, & super omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus
uobis subiiciuntur: Gaudete auté, quia no B
mina uestra scripta sunt in cælis.] In ipsa auté hora exultauit Iesus in Spiritu sancto, M. & respondés, L. dixit: Cófiteor tibi pater, Domine cæli & terrę M. quia ab-
scondisti hæc à sapiétibus & prudentibus, C
& reuelasti ea paruulis. Ita pater L. quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit, quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et con-
uersus ad discipulos suos ait, [Beati oculi, D
qui uidét, quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quia multi reges, & prophetæ uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire, quæ auditis, & non au-
dierunt. M. Venite ad me omnes, qui E
laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde:

corde: Et inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.]

De Samaritano curante uulneratum. *Lucæ 10.* CAP. XLIII.

A [ET ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo uitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? At ille reſpondens, dixit: Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi: Rectè reſpondiſti. Hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus? Suſcipiens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, * ſemiuiuo relicto. Accidit autem, ut ſacerdos quidam deſcenderet eadem uia: & uiſo illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cùm eſſet ſecus locum & uideret eum, pertranſiit. Samaritanus autem quidam iter faciens uenit ſecus eum: & uidens eum, miſericordia motus eſt, & appropians, alliga-

Deut. 6. a

*ſemi-mortuo

f 5 uit

uit uulnera eius, infundens oleum & uinum: & imponens eum in iumentũ suum, duxit in* stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit * stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego, cùm rediero, reddam tibi. Quis ‡ horum triũ uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.]

*hospitium, *hospiti, ‡igitur

De conuersione Magdalenæ.

Lucæ 7. CAP. XLIIII.

[ROgabat autem illũ quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et A
ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et B
ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut agnouit, quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes *eius* ‡ lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem Pharisæus, qui uocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset C
propheta, sciret utique, quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon

‡*flens*

Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam *fœneratori. Vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. * Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulie-
D rem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis * suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nō unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem * minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illum: Re-
E mittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, uade in pace.]

*creditori.

*Vter

*capitis sui

*parum

De ministerio Marthæ. *Lucæ 10.*

CAPVT XLV.

Factum

FActum est autem dum irent, & ipse A
[intrauit in quoddam castellum, &
mulier quædam, Martha nomine, exce-
pit illum in domum suam. Et huic erat
soror nomine Maria: quæ etiam sedens
secus pedes Domini, audiebat uerbum il-
*distra-hebatur lius. Martha autem * satagebat circa *fre-
quens ministerium. Quæ stetit & ait:
*multã ministrationem. Domine non est tibi curæ, quòd soror
mea relinquit me solam ministrare? Dic
ergo illi, ut me adiuuet. Et respondens, B
dixit illi Dominus: Martha Martha, so-
licita es, & turbatis erga plurima. Porrò
*bonam unum est necessarium. Maria * optimam
partem elegit, quæ non auferetur ab ea.]

De doctrina orationis. *Lucæ 11.*

CAPVT XLVI.

ET factum est cùm esset in loco quo- C
dam orans, ut cessauit, dixit unus
ex discipulis eius ad eum: Domine do-
ce nos orare, sicut & Ioannes docuit di- D
scipulos suos. Et ait illis. Cùm oratis,
dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum, ‡ Panem no-
strum quotidianum da nobis hodie. Et
dimitte nobis peccata nostra, siquidem
& ipsi dimittimus omni debenti nobis.
Et

‡ *Fiat uo lũtas tua sicut ĩ cælo & in terra.*

Et ne nos inducas in tentationem. ‡ Et ‡ *Sed libera nos à malo.*
E ait ad illos:] Quis ueſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicit illi: Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus reſpondeat, dicens: Noli mihi moleſtus eſſe, iam enim oſtium meum clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubiculo: non poſſum ſur-
F gere, & dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico uobis: & ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter * improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi, quotquot habet neceſſarios. *inuerecundiã Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit ‡ panem, nunquid lapidem ‡*filius*
G dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo uos, cùm ſitis mali, noſtis bona *data dare filiis ueſtris: quanto magis pater ueſter cæleſtis dabit ſpiritum * bonum petentibus ſe?] *dona *ſanctũ

Tertia

TERTIA PARS SECVNDI LIBRI.

Continens quæ fecit, ac dixit Iesus anno ætatis suæ tricesimosecundo.

De Samaritana. *Ioan. 4.*

CAPVT XLVII.

RELIQVIT Iudæam,& abiit A
iterum in Galilæam. Oportebat autem eum trãsire per Samariam. [Venit ergo Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph
Gen.48.d filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli autem Iesu abierant in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cùm sis, à me bibere poscis, quæ sum mulier Samaritana? Nõ enim * coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei B
mulier:

*cõmercium habent Iudæi cum

mulier: Domine neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ istũ: & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis
C qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: Qui autem biberit ex aqua, quã ego ei dabo, non sitiet in æternũ. Sed aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit ad eũ mulier: Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiã, neq; ueniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo uirum: Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quẽ habẽs, non est tuus uir. Hoc uerè dixisti. Dicit ei mulier: Domine uideo, quia propheta es tu. Patres nostri adorauerunt in monte hoc: & uos dicitis, quia Hierosolymis est locus, ubi oportet adorare. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia uenit hora, quando nec in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iu-
D dæis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrẽ

in spi

in ſpiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio, quia Meſsias uenit, qui dicitur Chriſtus. Cùm ergo uenerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum. Et continuò uenerunt diſcipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit hominibus illis: Venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exibant ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli eius adinuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei, qui miſit me, ut perficiam opus eius. Nónne uos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meſsis uenit? Ecce ego dico uobis, leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt

iam

iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, et qui metit. In hoc enim est uerbum uerum, quia alius est qui seminat, alius est qui metit. Ego misi uos metere, quod uos non laborastis: alii laborauerunt, & uos
G in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris, testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia, quæcunque feci. Cùm uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies: & multò plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim uidimus, & scimus, quia
H hic est uere saluator mundi.] Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim IESVS testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet.

De filio reguli. *Ioã.* 4. CAP. XLVIII.

[
A VEnit ergo iterum in Cana Galilææ, Vbi fecerat de aqua uinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audisset, quòd

IESVS adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius: Incipiebat enim mori. Dixit ergo IESVS ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende, priusquam moriatur filius meus. Dicit ei IESVS: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei IESVS: & ibat. Iam auté eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt, dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat autem horam ab eis, in qua melius[a] habuerat. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quòd illa hora erat, in qua dixit ei IESVS, filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota.] Hoc iterum secundum signum fecit IESVS, cum uenisset à Iudæa in Galilæam.

De mulieribus Christo ministrantibus: & de parabola seminãtis, eiusq; expositiõe.

Lucæ 8. Matthæi 13. Marci 4.

CAPVT XLIX.

L. ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per † ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei, & A

† *singulas*

duod

duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria quæ uocabatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Cusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ: quæ ministrabant ei de facultatibus suis. M. In illa die exiens IESVS de domo sedebat secus mare, R. & cœpit iterum docere ad mare. Et congregata est ad eum turba multa, ita ut nauim ascendens sederet in mari, M. & omnis turba stabat in litore R. & circa mare super terram
B erat. L. ¶ Cùm autẽ plurima turba conuenirent de ciuitatibus, & properarent ad eum, M. loquutus est, R. & docebat illos in doctrina sua L. per similitudinẽ, R. Audite: Ecce exiit L. qui seminat, seminare semẽ suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & cõculcatum est, R. & uenerunt uolucres cæli, & comederunt *Parabola seminantis.*
C illud. L. Et aliud cecidit supra petram, R. & petrosa, ubi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ. Et quando exortus est sol, exæstuauit, L. & natum aruit: quia non habebat humorem, R. & eo quòd non habebat radicem. L. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exor-

tæ ſpinæ R. aſcenderunt, M. & creue-
runt, & ſuffocauerunt R. illud: & fru-
ctum non dedit. Et aliud cecidit in ter- D
ram bonam, & dedit fructum aſcenden-
tem, & creſcentem, M. aliud centeſi-
mum, aliud ſexageſimum, aliud triceſi-
mum. L. Hæc dicens, clamabat: Qui
habet aures audiendi, audiat. R. Et cùm
eſſet ſingularis, M. accedentes diſcipu- E
li R. interrogauerunt eum ii, qui cum
illo erant duodecim, L. quæ eſſet hæc
parabola. M. Et dixerunt ei: Quare in
parabolis loqueris eis? L. Quibus ipſe
dixit: M. Quia uobis datum eſt noſſe
myſterium regni cælorum. Cæteris au-
tem R. qui foris ſunt, omnia in parabo-
lis fiunt, M. & illis non eſt datum. Ideo
in parabolis loquor eis R. ut uidentes
uideant, & non uideant: & audientes au-
diant, & non intelligant, M. ut adim-
Eſa.6.c pleatur in eis prophetia Eſaiæ, dicentis:
Auditu audietis, & non intelligetis: & F
*cognoſcetis: uidentes uidebitis, & non *uidebitis: In-
craſſatum enim eſt cor populi huius, &
auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos
clauſerunt: nequando uideant oculis, &
auribus audiant, & corde intelligant, &
conuertantur, & ſanem eos, R. & dimit-
tantur eis peccata. M. Veſtri autem bea- G
ti

ti oculi, qui uident: & aures ueſtræ, quæ audiunt. Amen quippe dico uobis: Quia multi prophetæ & iuſti cupierunt uidere, quæ uidetis, & non uiderunt: & audire, quæ auditis,& non audierunt. R. Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? M. Vos autem audite parabolam ſeminantis.

H L. Eſt autem hæc parabola:Semen eſt uerbum Dei: R. qui ſeminat,uerbum ſeminat. L. Qui autem ſecus uiam, R. ubi ſeminatur uerbum, L. ii ſunt, qui audiunt: R. & cùm audierint, confeſtim uenit Satanas L.& tollit uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. M. Omnis enim, qui audit uerbum regni Dei,& non intelligit, uenit malus & rapit, quod ſeminatum eſt in corde eius. L. Nam qui ſupra petram, ii ſunt,qui cum audierint R. ſtatim cum gaudio ſuſcipiunt illud. L. Et hi radices non habent in ſe, quia temporales ſunt: quia ad tempus credunt R. deinde orta tribulatione & perſecutione propter uerbum, confeſtim ſcandalizantur, L. & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit, ii ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus M. ſeculi iſtius & fallacia diuitiarum & uoluptatibus uitæ euntes, R. & circa re-

Expoſitio parabolæ ſeminantis.

liqua concupiſcentiæ introëuntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Qui autem in terram bonam, ii ſunt, qui in corde bono & optimo audientes uerbum ſuſcipiunt, & retinent, & fructum adferunt in patientia.] M. Et facit illud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, porrò aliud triceſimum. R. Et dicebat illis: I
Nunquid uenit lucerna, ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto? L. Nemo autem accendit lucernam, & operit eam uaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum, ut intrantes uideant lumen. Non eſt enim occultum, quod non manifeſtetur: nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palam ueniat. R. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: L. Videte ergo, quomodo & quid audiatis. R. In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. M. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit. Qui autem non habet, & quod habet, L. & putat ſe habere, auferetur ab eo.

De parabolis zizaniorum, & ſinapis. *Matt.13. Mar.4. Luc.13.* CAP. L.

M. ALiam parabolam propoſuit eis dicens: [Simile factum eſt regnum K
cælorum homini, qui ſeminauit ſemẽ bonum

num in agro ſuo. Cùm autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & superſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamiliâs, dixerunt ei: Domine nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo fecit hoc. Serui autem dixerũt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum cum eis. Sinite utraque creſcere uſq; ad meſſem. Et in tempore meſsis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburẽdum: triticum autem congregate in horreum
L meum.] R. Et dicebat eis: Sic eſt regnũ Dei, quemadmodum ſi iaciat homo ſementem in terram, & dormiat: & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum fructum in ſpica: & cùm ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſsis. M. Aliam parabolam propoſuit eis, R. & dicebat:
M Cui aſsimilabimus regnum Dei? Aut cui parabolæ comparabimus illud? L. Et cui

Parabola sinapis. simile esse æstimabo? M. Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminauit in agro. R. Quod cùm seminatum est in terra, M. minimum quidem est in omnibus seminibus, R. quæ sunt in terra: & cùm natum fuerit, M. & creuerit, maius est omnibus oleribus. R. Ascendit in arborem magnam, & fit arbor, & facit ramos magnos, M. ita ut uolucres cæli ueniant, & nidificent in ramis eius, R. & possint sub umbra eius habitare. M. Aliam parabolam loquutus est eis, L. & iterum dixit: Cui simile regnũ Dei æstimabo? M. N

Parabola fermẽti. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia loquutus est IESVS in parabolis ad turbas. R. Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum, prout poterant audire. Sine parabola autem nõ loquebatur eis, M. ut impleretur quod O

Psa. 77. a dictum est per Prophetam dicentẽ: Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abscondita à constitutione mundi. R. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. M. Tunc ∫ dimissis turbis, uenit in domum, & accesserunt discipuli eius ad eum, dicentes: Edissere nobis parabo- P Q

lam

lam zizaniorum agri. Qui respondens, ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis: ager autem est mundus: bonum uerò semen, sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam: inimicus autem, qui seminauit ea, est diabolus: messis uerò consummatio seculi est: messores autem angeli. Sicut ergo zizania colliguntur, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. ‡ Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, id est, eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.]

Parabolæ zizaniorũ expositio.

‡ huius

R

Sap. 3. b

De tribus parabolis in domo.

Matthæi 13. CAP. LI.

[A Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit: & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorũ homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita, abiit, & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum

De thesauro.

De margarita.

De sagena. ſimile eſt regnum cælorũ ſagenæ miſſæ B
in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in uaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. ‡ Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt

‡ *Ait illis Ieſus:* ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt ho- C
mini patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera.] Et factum eſt cum conſummaſſet IESVS parabolas iſtas, D
tranſiit inde, [*de domo ubi erat*] & ueniens in patriam ſuam [*Nazareth*] docebat eos in ſynagogis eorum.

De aduentu Domini in Nazareth, ubi legit: quodq́ Nazaræi præcipitare eũ uoluerunt.

Matt. 13. Mar. 6, Luc. 4. CAP. LII.

1. ET fama exiit per uniuerſam ‡ regio- A
‡ *finitimã* nem de illo, & ipſe docebat in ſynagogis eorũ, & magnificabatur ab omnibus: & uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſuetudinẽ ſuam die ſabbati in ſynagogam, & ſurrexit legere,

gere. Et traditus est illi liber Esaiæ pro- *Esa.61.*
phetæ. Et ut * reuoluit librum, inuenit lo- *expli-
cum, tibi scriptum erat: Spiritus Domini cuit
B super me, propter quod unxit me, euange-
lizare pauperibus misit me: sanare contri-
tos corde, & prædicare captiuis remissio-
nem, & cæcis uisum, dimittere confractos
in remissionem, prædicare annum Do-
mini acceptum, & diem retributionis. Et
cùm plicuisset librum, reddidit ministro,
& sedit: & omnium in synagoga oculi
erant intendentes in eum. Cœpit autem
dicere ad illos, quia hodie impleta est scri
ptura hæc in auribus uestris. Et omnes te-
stimonium illi dabant, & mirabantur in
uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore il-
C lius. Et dicebant: R. Vnde huic hæc o-
mnia? & quæ est sapientia, quæ data est il-
li? & uirtutes tales, quæ per manus eius ef-
ficiuntur? M. Nónne R. hic est faber, L.
Ioseph M. fabri filius? Nônne mater eius
dicitur Maria, & fratres eius Iacobus &
Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius
nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo
huic hæc omnia ista? Et scandalizaban-
tur in eo. L. Et ait illis: * Vtique dicetis *Omni-
mihi hanc similitudinem: Medice, cura no
D teipsum. [Quanta audiuimus facta in
Capharnaum, fac & hîc in patria tua.

M. IESVS autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua,
* inter & in domo sua, R. & * in cognatione
cogna- sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam fa-
tos suos. cere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.] [*Ideo paucos curauit, ne dicerent, conterraneos despicit.*] E L. In
† *autem* ueritate † dico uobis, multæ uiduæ erant
3. Re. 17. a in diebus Heliæ in Israël, quando clau-
& b sum est cælum annis tribus, & mensibus sex, quando facta est fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptam Sidoniæ ad
4. Reg. 5. d mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Helisæo propheta, & nemo eorum mũdatus est, nisi Naamam Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, F hæc audientes: & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum usque in supercilium montis, super quem ciuitas eorũ erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.]

De nece Ioannis Baptistæ. *Matthæi 14. Marci 6.* CAP. LIII.

R. CVm autem dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam A fecit

fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ. Cumq; intrasset filia ipsius Herodiadis, & saltasset in medio, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, Rex ait puellæ: Pete à me quid uis, & dabo tibi. Et iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, * licet dimidium regni mei. Quæ cùm exisset, dixit matri suæ, *usq; ad
B Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad Regem, petiuit M. præmonita à matre sua: R. dicens: Volo ut protinus (inquit) des mihi hîc in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est Rex. Propter iusiurandum autem, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput Ioannis in disco: & decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud, M. ac sepelierunt in monumento.] & uenientes nuntiauerunt IESV. Quod cùm audisset IESVS, secessit inde in nauiculam, in locum desertum seorsum.

De refectione quinque milium

homin

hominum. *Mathæi 14. Ioannis 6. Marci 6. Lucæ 9.*

CAPVT LIIII.

R.[ET ascendentes in nauim abierunt I. A
trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, R. in desertum locum, seorsum. M. Quod cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum. R. Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens uidit turbam multam IESVS, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem: L. & excepit illos, & loquebatur illis de regno Dei: & cœpit illos docere multa, M. & curauit languidos eorum. I. Sequebatur autem illum multitudo magna, quia uidebant signa B
‡ eius ‡ quæ faciebat super iis, qui infirmabantur. Subiit autem in montem IESVS, & ibi sedebat cum discipulis suis. * Erat autem proximũ Pascha, dies festus Iudæorum. M. Vespere autem facto, accesserũt C
*Appropinquabat autẽ
ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præteriit. Dimitte turbas, ut euntes in castella, L. uillasque quæ circa nos sunt, diuertant: ut inueniant escas, R. & ut emant cibos quos manducent, L. quia in loco deserto sumus.

mus. M. IESVS autem dixit eis: Non
D habent necesse ire. Date illis uos mandu-
care. I. Cùm subleuasset ergo oculos
IESVS, & uidisset quia multitudo ma-
xima uenisset ad eum, dixit ad Philip-
pum: Vnde ememus panes, ut manducent
hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse
enim sciebat, quid esset facturus. Respon-
dit ei Philippus: Ducentorum denario-
rum panes non sufficiunt, ut unusquisque
‡ modicum quid accipiat. R. Et dixit ‡ eorum
eis: Quot panes habetis? Ite, & uidete.
I. Dixit ei unus ex discipulis eius, An-
dreas frater Simonis Petri: Est puer unus
hîc, habens quinque panes hordeaceos, &
duos pisces: sed & hæc, quid sunt inter
tantos? L. Nisi fortè nos eamus, & ema-
E mus in omnem hanc turbam escas. I. Di-
xit ergo IESVS: Facite homines discum-
bere L. per conuiuia quinquagenos. I.
Erat autem fœnum multum in loco. Dis-
cubuerunt ergo R. super uiride fœnum,
I. uiri quasi numero quinque millia R.
in partes per centenos & quinquagenos.
I. Accepit ergo IESVS panes, R. & in-
tuens in cælum, benedixit & fregit. I. Et
cùm gratias egisset, L. distribuit disci-
pulis suis, ut ponerent ante turbas. M. Di-
scipuli autem dederunt turbis. I. Simili-

ter autē & de piſcibus diſtribuit diſcum-
bentibus, quantum uolebant. Vt autem F
impleti ſunt omnes, L. & ſaturati, I. di-
xit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſupera-
uerunt fragmenta, ne pereant. Collegc-
runt ergo, & impleuerunt duodecim co-
phinos fragmentorum ex quinque pani-
bus hordeaceis, R. & duobus piſcibus,
I. quæ ſuperfuerant iis, qui manducaue-
rant. M. Manducantium autem fuit nu- G
merus quinque milia uirorum, exceptis
mulieribus & paruulis. R. Et ſtatim coë-
git diſcipulos ſuos aſcendere in nauim,
ut præcederent eum transfretum à Beth-
ſaida, dum ipſe dimitteret populum. I.
Illi ergo homines, cùm uidiſſent quod H
IESVS fecerat ſignum, dicebant: Quia
hic eſt uerè propheta, qui uenturus eſt in
mundum.] IESVS autem cùm cogno-
uiſſet, quòd uenturi eſſent, ut raperent eū,
*ſeceſsit & facerent eum Regem: * fugit in mon-
tem iterum ipſe ſolus M. orare. Veſpere
autem facto ſolus erat ibi.

De ambulatione Christi ſupra mare. *Math.14. Mar.6. Ioan.6.* CAP. LV.

I.[VT autem ſero factum eſt, deſcende- A
runt diſcipuli eius ad mare. Et cùm
aſcendiſſent nauim, ueniunt trans mare
in

in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant,& non uenerat ad eos IESVS. Mare autem uẽto magno flante exurgebat. M. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim uentus contrarius eis. R. Et uidit eos laborantes in re-
B migãdo. I. Cùm ergo remigassent stadia quasi uiginti quinq;, aut triginta. R. circa quartam uigiliam noctis, uenit ad eos,ambulans supra mare:& uolebat pręterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse,& clamauerunt M. præ timore. R. Omnes enim uiderunt eum,& cõturbati sunt. M. Statimq; IESVS locutus est eis,dicens:habete fiduciam. R. confidite,ego sum.Nolite timere. M. Respon-
C dens autem Petrus, dixit: Domine,si tu es, iube me uenire ad te super aquas. At ipse dixit: Veni.Et descendens Petrus de nauicula,ambulabat super aquas, ut ueniret ad IESVM. Videns autem uentũ ualidum,timuit. Et cùm cœpisset mergi,clamauit,dicens:Domine,saluum me fac. Et continuò IESVS extendens manum,apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? I. Voluerunt ergo eum recipere in nauim. M. Et cùm ascendisset in nauiculam, cessauit uentus, R. &

‡ *& admirabātur*

multò magis intra se stupebant ‡. Non enim intellexerāt de panibus. Erat enim cor eorum obcæcatum. M. Qui autē in nauicula erant, uenerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius Dei es.] I. Et statim nauis* fuit ad terram, [*Bethsaidæ*] ad quā ibant. M. Et cùm transfretassent, uenerunt in terram Genezareth R. & applicuerunt. Cumq; egressi fuissent de naui, continuò cognouerunt eum, & percurrentes per uniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui malè habebant, transferre, ubi eum audiebāt esse: & quocunque introibat, in uicos, uel in uias, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tāgerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.]

*uenit

De prædicatione Eucharistiæ, propter quod nonnulli abierunt. *Ioan. 6.* CAP. LVI.

ALtera autem die, turba quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi una. Et quia non introiisset IESVS cū discipulis suis in nauim sed soli discipuli eius abiissent. Aliæ uerò superuenerunt naues à Tyberiade, iuxta locum ubi manducauerant panem, gra-

tias

tias agentes Deo. Cùm ergo uidiſſent turbæ, quia IESVS non eſſet ibi, neq; diſcipuli eius: aſcenderunt ‡ in nauiculas, ‡ ipſi & uenerunt Capharnaum, quærentes IESVM. Et cùm inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc ueniſti? Reſpondit eis IESVS, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex
B panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. Hunc enim pater*ſignauit Deus. *ſigillauit Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Reſpondens IESVS, dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille.
C Dixerunt ei: Quod ergo tu facis ſignum, ut uideamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit eis ergo IESVS: Amen amen dico uobis, nō Moyſes dedit uobis panem de cælo, ſed *Exo.16.c* *Nu.11.b* *pſal.77.c* *Sap.16.c* *Eccl.24.c*
D pater meus dat uobis panem de cælo uerum. Panis enim*uerus eſt, qui deſcendit *Dei de cælo, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ei: Domine, ſemper da nobis hunc panem. Dixit autem eis IESVS: Ego ſum

panis uitæ: qui uenit ad me, non esuriet: E
*in æter- & qui credit in me, non sitiet * unquam.
num. Sed dixi uobis, Quia & uidistis me, &
non credidistis. [Omne quod dat mihi
pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad
me, non eiiciam foras. Quia descendi de F
cælo, non ut faciam uoluntatem meam,
sed uoluntatem eius, qui misit me. Hæc
est autem uoluntas eius qui misit me pa-
tris, ut omne quod dedit mihi, non per-
dam ex eo, sed resuscitem illud in nouis-
*autem simo die. Hæc est*enim uoluntas patris
mei, qui misit me, ut omnis qui uidet fi-
lium & credit in eum, habeat uitam
æternam. Et ego resuscitabo eum, in no-
uissimo die.] Murmurabant ergo Iu-
dæi de illo, quia dixisset: Ego sum pa-
nis uiuus, qui de cælo descendi. Et dice-
bant: Non'ne hic est IESVS filius Io-
seph, cuius nos nouimus patrem, & ma-
trem? Quomodo ergo dicit hic: quia
de cælo descendi? Respondit ergo IE- G
*inter SVS, & dixit eis: Nolite murmurare * in-
eos uicem. [Nemo potest uenire ad me, nisi
pater meus, qui misit me, traxerit illum.
Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.
Esai. 54.c Est scriptum in Prophetis: & erunt o-
docti mnes docibiles Dei. Omnis, qui au-
à Deo. diuit à patre & didicit, uenit ad me: non

quia

quia patrem uidit quiſquam, niſi is qui
eſt à Deo, hic uidit patrem. Amen, amen
dico uobis, qui credit in me, habet uitam
æternam. Ego ſum panis uitæ. Patres ue- *Exo.16.c*
ſtri manducauerunt manna in deſerto,
& mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo de-
ſcendens, *ut ſi quis ex ipſo manduca- *ut quis
H uerit, non moriatur. ⌈ Ego ſum panis ui- ex ipſo
uus, qui de cælo deſcendi. Si quis man- edat &
ducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. nō mor.
Et panis quem ego dabo, caro mea eſt,
‡pro mundi uita.* Litigabant ergo Iu- ‡ *quam*
I dæi adinuicem, dicentes: Quomodo po- *ego dabo*
teſt hic nobis dare carnem ſuam ad man- * Decer-
ducandum? Dixit ergo eis IESVS: A- tabant
men, amen dico uobis, niſi manducaue-
ritis carnē filii hominis, & biberitis ſan-
guinem eius, non habebitis uitam in
uobis. Qui manducat meam carnem,
& bibit meum ſanguinem, habet uitam
æternam: & ego reſuſcitabo eum, in no-
K uiſsimo die. ⌉ ⌈ Caro mea uerè eſt cibus,
& ſanguis meus uerè eſt potus. Qui
manducat meam carnem, & bibit meum
ſanguinem, in me manet, & ego in illo.
Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo
propter patrem: Et qui manducat me,
& ipſe uiuet propter me. Hic eſt panis
qui de cælo deſcendit. Non ſicut man-

ducauerunt patres ueſtri manna in deſerto, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.] Hæc L
dixit in ſynagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo ex diſcipulis audien- M
tes, dixerunt: Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire? Sciens autem IESVS apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc uos ſcandalizat? Si ergo uideritis filium hominis
aſcendentem, ubi erat prius? Spiritus eſt N
qui uiuificat, caro nõ prodeſt quicquam. Verba quæ ego loquutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Sed ſunt quidam ex uobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui erant credentes, & quis traditurus eſſet eum, & dicebat: Propterea dixi uobis, Quia nemo poteſt uenire ad me, niſi ei datum fuerit à patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibi-
mus? Verba uitæ æternæ habes: & nos cre O
dimus & cognouimus, quia tu es CHRISTVS filius Dei. Reſpondit eis IESVS: Non'ne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus eſt? Dicebat autem

de Iu

de Iuda Simonis Iscariote. Hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus ex duodecim.

De confricatione spicarũ sabbatis. *Matthæi 12. Mar. 2. Luc. 6.* CAP. LVII.

L. A FActum est autem in sabbato secundo primo, cùm transiret IESVS per sata, M. discipuli eius esurientes R. cœperunt progredi, & euellere spicas, L. & manducabant confricantes manibus.
B Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet† in sabbatis? M. Et uidentes R. dicebant IESV: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. R. Et ait illis: Nunquam legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant? quomo
C do intrauit in domũ Domini sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis L. sumpsit, & manducauit, & dedit eis, qui cum ipso erant, M. quos non licebat ei comedere, neque his, qui cum ipso erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis, quòd in sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, &

† facere

1. Re. 21. b

*nihil * ſine crimine ſunt? Dico autem uobis,
cis impu quia templo maior eſt hic. Si autem ſci- D
tabatur retis,quid eſt:Miſericordiam uolo, & nõ
Oſee 6.c ſacrificium, nunquam condemnaſſetis
*inno- *innocentes. R. Et dicebat eis:Sabbatũ
xios. propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum.Itaq; Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.

De ſanatione manus aridæ.

Matthæi 12. Marc. 3. Lucæ 6.

CAPVT LVII.

M ET cùm inde tranſiſſet, L. factum eſt A
& in alio ſabbato, ut intraret in ſynagogam,& doceret: & erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant autem eum Scribæ & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret, ut inuenirent cauſam, unde accuſarẽt eum. Ipſe uerò ſciebat cogitationes eorum. M. Et interrogabant eum, dicentes: Si licet in ſabbatis curare? ut accuſarent eum. R. Et ait homini habenti manum aridam: L. Surge, & ſta
in medium. Et ſurgens ſtetit,& ait ad il- B
los Ieſus: Interrogo uos ſi licet in ſabbatis bene agere,an malè: animam ſaluam
*occi- facere,an * perdere? R. At illi tacebant.
dere? M. Ipſe autem dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem unam, & ſi ceciderit hæc in ſabbatis in foueam,

non'ne

non'ne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis est homo melior oue? Itaque licet sabbatis bene facere. R. Et circunspiciens eos cũ ira, contristatus super cæcitatem eorum, dixit homini: Extende ma-
C num tuam. Et extendit, & restituta est manus illi sana sicut altera. L. ipsi autem repleti sunt* insipientia, & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent Iesu. *amẽtia.
M. Exeuntes autem Pharisæi, concilium faciebant R. statim cum Herodianis aduersus eum, quomodo eum perderent.
D M. IESVS autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes, & pręcepit eis, ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur, quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus electus, quem elegi, dilectus *Esa. 42.*
meus, in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iu-
E dicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque aliquis in plateis audiet uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eiiciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. R. Iesus autem, cum discipulis suis secessit ad mare, & turba multa à Galilæa & Iudæa secuta est eum,

& ab Hierosolymis, & Idumæa, & trans Iordanem, & quæ circa Tyrum & Sydonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, & uenerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, ut in nauicula sibi deseruirent propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut eum tangerent, quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi cùm illum uidebant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et uehemẽter comminabatur eis, ne manifestarent eum.

F

G

De Herode dicente, Ioannem surrexisse, & miracula facere. *Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.*

CAPVT LIX.

E AVdiuit autem Herodes R. rex, L. tetrarcha, M. famam de Iesu, L. & omnia quæ fiebant ab eo. R. Manifestum enim factum est nomen eius: L. & hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, quòd Ioannes surrexit à mortuis. A quibusdam uerò, quòd Helias apparuit. Ab aliis autem, quòd propheta unus de antiquis surrexerit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste, de quo ego talia audio? & quærebat uidere eum. M. Et ait *pueris suis: Hic est Ioannes

H

I

*famulis

nes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo.

De dæmonio muto. *Matt.* 12. *Mar.* 3. *Luc.* 11. CAP. LX.

M TVnc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, L. & erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, loqutus est mutus. M. Curauit autem eum, ita ut loqueretur & uideret. L. Et admiratæ sunt turbæ M. & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem R. & Scribæ, qui ab Hierosolymis descenderant, M. audientes, dixerunt: R. Quoniam Beelzebub habet, L. & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. R. Et conuocatis eis L. ipse ut uidit cogitationes eorum R. in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Satanas Satanam eiicere? L. Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet M. & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. L. Si autem Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? R. Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. L. Dicitis in Beelzebub

me

me eiicere dæmonia. Si auté ego in Beel-
zebub eiicio dæmonia, filii uestri in quo
eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt.
Porrò si in digito Dei M. & spiritu Dei
*præue- L. eiicio dæmonia, profectò *peruenit in
nit ad uos regnum Dei. Cùm fortis armatus cu-
uos stodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ
possidet. R. Nemo potest uasa fortis in- D
gressus in domum diripere, nisi prius for-
tem alliget. L. Si autem fortior eo su-
perueniens uicerit eum, uniuersa uasa eius
auferet, in quibus confidebat, & spolia
eius distribuet, R. & tunc domum eius
diripiet. L. Qui non est mecum, aduer- E
sum me est, & qui non colligit mecum,
dispergit.] R. Amen dico uobis, quo-
niam omnia dimittentur filiis hominum
peccata & blasphemiæ, quibus blasphe-
mauerunt: qui autem blasphemauerit in
Spritum sanctum, non habebit remissio-
*iudicii, nem in æternum, sed reus erit æterni *de-
licti, quoniam dicebant: Spiritum immun
dum habet. M. Et quicunq; dixerit uer- F
bum contra filium hominis, remittetur
ei. Qui autem dixerit contra Spiritū san-
ctum uerbum, non remittetur ei, neque in
*presenti *hoc seculo, neque in futuro. Aut facite
arborem bonam, & fructum eius bonum.
Aut facite arborem malam, & fructum
eius

eius malum. Siquidem ex fructu arbor co gnoscitur. Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?
G Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de thesauro bono profert bona: & malus homo de thesauro malo profert mala. Dico autem uobis, quoniam de omni uerbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.

De Iudæis petentibus signum de cælo. *Matthæi 12. Lucæ 11.*

CAPVT LXI.

A TVnc responderunt ei quidã de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister,
M uolumus à te signum uidere. L. Concurrentibus autem turbis, cœpit dicere: Generatio hæc generatio nequam est. M. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. L. Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ita erit filius hominis *Ioan. 2. a*
B generationi isti. M. Sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri *Ioan. 3. b* Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione

tione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. Regina C

3.Re.10.a 2.Pa.9.a Austri surget in die iudicii cum generatione ista, & condemnabit eam: quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quàm Salomon hic. [*Christus declarat se non debere propter Iudæorum incredulitatem à prædicatione cessare, dicens hanc similitudinem:*] L. [Nemo D lucernam accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio: sed super candelabrũ, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidum erit: si autem nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem *tenebrarum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te]. M. Cùm autem B spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui, & ueniens inuenit eam uacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrant

*tenebrosam,

trantes habitant ibi : & fiunt nouißima
F hominis illius peiora prioribus. Sic erit
& generationi huic peßimæ.

De muliere uocem extollente, & matre, & fratribus domini, eum quærentibus.

Matthæi 12. Mar. 3. Lucæ 8.

CAPVT LXII.

L FActum est autem cum hoc diceret,
A [extollens uocem quædam mulier
de turba, dixit illi : Beatus uenter qui te
portauit, & ubera quæ suxisti. At ille di-
xit : Quinimo, Beati qui audiunt uerbum
B Dei, & custodiũt illud.] M. [Adhuc eo
loquente ad turbas, ecce mater eius & fra-
tres eius foris stabant, quærentes loqui ei:
L. & non poterant adire eum præ turba.
C R. Et miserunt ad eum uocantes eum,
& sedebat circa eum turba. M. Dixit au-
tem ei quidam : Ecce mater tua & fratres
tui foris stant, quærentes te alloqui, L.
& uidere. M. At ipse respondens dicen-
D ti sibi, ait : Quæ est mater mea, & qui
sunt fratres mei? R. Et circunspiciens
eos, qui in circuitu eius sedebant, M. &
extendens manus suas in discipulos suos,
dixit : Ecce mater mea, & fratres mei.
Quicunque enim fecerit uoluntatem pa-
tris mei, qui in cælis est, ipse meus fra-
ter,

ter, soror & mater est.] L. Mater mea, & fratres mei sunt ii, qui uerbum Dei audiunt, & faciunt.

De increpatione Pharisæorum.

Lucæ 11. CAP. LXIII.

ET cũ loqueretur [*supradicta*] roga- A
uit illum quidam Pharisæus, ut pranderet apud se. Iesus autem ingressus, recubuit. Pharisæus * cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prãdium. Et ait Dominus ad illum: Nunc uos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis: quod autem intus est uestrum plenum est rapina & * iniquitate. Stulti, non'ne qui fecit quod foris est, B
etiam id quod deintus est fecit? Verumtamẽ quod superest [*supra necessitatem*] date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Sed uæ uobis Pharisæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus: & præteritis iudicium & charita- C
tem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

*cùm uidisset admiratus est, quòd nõ prius lot' esset.

*malignitate. Imprudentes

De fratre hæreditatem à Christo diuidi petente.

Lucæ 12.

CAPVT LXIIII.

AIt autem ei quidam de turba: Ma- D
gister dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Hom

Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem, super uos? Dixitq; ad illos: Videte, & cauete ab omni auaritia: quia nō in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet.

De diuite uolente horrea ampliare. *Lucæ 12.* CAP. LXV.

A DIxit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo, quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam. Destruā horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam animæ meæ: Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, Requiesce, comede, bibe, * epulare. Dixit
B autem illi Deus: * Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico uobis, nolite soliciti esse animæ uestræ, quid manducetis: neque corpori uestro, quid induamini. Anima enim plus est, quàm esca: &
C corpus plus, quàm uestimentum. Considerate coruos, quia non seminant, neque

Eccl. 11.e

*lætare,

*Imprudens,

i met

metunt, quibus non eſt cellarium, neque
horreum, & Deus paſcit illos: Quanto
magis uos eſtis pluris illis? Quis autem D
*ſolici- ueſtrum * cogitando poteſt ad ſtaturam
tudine ſuam adiicere cubitum unum? Si ergo,
neq; quod minimũ eſt, poteſtis: quid de
cæteris ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia
agri, quomodo creſcunt: Non laborant
neque nent. Dico autem uobis, quia nec
Salomõ in omni gloria ſua ueſtiebatur,
*herba ſicut unum ex iſtis. Si autem * fœnum,
quæ quod hodie in agro eſt, & cras in clibanum
num mittitur, Deus ſic ueſtit: quanto
magis uos puſillæ fidei? Et uos nolite E
quærere quid manducetis, aut quid biba-
*ne ſub- tis, & * nolite in ſublime tolli. Hæc enim
limia cu omnia gentes mundi quærunt. Pater au-
retis. tem ueſter ſcit, quoniam his indigetis.
Veruntamen, primùm quærite regnum
Dei, & hæc omnia adiicientur uobis.]
[Nolite timere puſillus grex: quia com-
placuit patri ueſtro, uobis dare regnum. F
Vendite, quæ poſsidetis, & date eleemo-
ſynam. Facite uobis ſacculos, qui non ue-
teraſcunt, theſaurum non deficientem in
cælis: quò fur non appropiat, neque tinea
corrumpit. Vbi enim theſaurus ueſter eſt,
ibi & cor ueſtrum erit.] Dicebat autem
ad turbas: Cùm uideritis nubem orien- C
tem

tem ab occasu, statim dicitis: Nimbus uenit: & ita fit. Et cùm austrum flantem, dicitis, quia æstus erit: & ita fit. Hypocritæ faciẽ cæli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo nõ probatis?
H Quid autem & à uobismetipsis non iudicatis, quod iustum est? Cùm autem uadis cum aduersario ad principẽ in uia, da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem: & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, quia nõ exies inde, donec etiã nouissimum minutum reddas.

De probatica piscina. *Ioan. 5.*

CAP. LXVI.

A POst hoc [erat dies festus Iudæorum [*dictus Pentecoste*] ascendit IESVS [*de Galilæa*] Hierosolymam. Est autẽ Hierosolymis, Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. In iis iacebat multitudo magna languentium, cæcorũ, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam, & *mouebatur aqua: & qui prior descendisset in piscinam post aquæ motionem sanus fiebat, à quacunque detineba-

*turbabat aquã

tur infirmitate. Erat autem ibi quidam B
morte homo triginta octo annos habẽs in in-
detẽtus firmitate sua. Hunc cùm uidisset IESVS
iacentem, & cognouisset quòd multum
iam tempus haberet, dixit ei: Vis sanus
fieri? Respondit ei languidus: Domine
hominem non habeo, ut cùm turbata fue-
rit aqua, mittat me in piscinam. Dum ue-
nio enim ego, alius ante me descẽdit. Di-
cit ei IESVS: Surge, tolle grabatũ tuum,
& ambula. Et statim sanus factus est ho-
mo, & sustulit grabatum suum, & ambu-
labat. Erat autem sabbatum in illa die.
Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fue- C
rat: Sabbatum est, non licet tibi tollere
grabatum tuum. Respondit eis: Qui me
sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle gra-
batum tuum, & ambula. Interrogauerunt
autem eum: Quis est ille homo, qui di-
xit, Tolle grabatum tuum & ambula? Is
autem, qui sanus fuerat factus, nesciebat
quis esset. IESVS enim declinauit à tur-
ba constituta in loco. Postea inuenit eum
IESVS in templo, & dixit ei: Ecce sanus
factus es, iam noli peccare, ne deterius ti-
‡ & quæ- bi aliquid contingat. Abiit ille homo, &
rebant eũ nuntiauit Iudæis, quia IESVS esset, qui
interfice- fecit eum sanum.] Propterea persequebã- D
re. tur Iudæi IESVM, ‡ quia hoc faciebat
in

in sabbato. IESVS autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur,& ego operor. Propterea ergo Iudæi magis quærebant eum interficere, quia non solùm soluebat sabbatum,sed & patrē suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.
E Respondit itaque IESVS, & dixit eis: Amen amen dico uobis, nō potest filius à se quicquam facere, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq; enim ille facit,hęc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quę ipse facit: & maiora his demonstra-
F bit ei opera,ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos,& uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam,sed iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem,qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet uitam æternam:Et in iudicium non uenit,
G sed transit à morte in uitam. ⌈ Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nūc est, quando mortui audient uocem filii Dei.Et qui audierint,uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit

& filio uitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicii.] Non possum ego H
à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est uerum. Alius est, qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerum est testimonium eius, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autem I
nõ ab homine testimonium accipio, sed hoc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quę dedit mihi pater, ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibet de me. Neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius ui- K
distis

diſtis, & uerbum eius non habetis in uobis manens: quia quem miſit ille, huic uos non creditis. Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Et illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, ſed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine
I ſuo, illum accipietis. Quomodo poteſtis uos credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim uos apud patrem. Eſt qui accuſat uos Moyſes, in quo ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, forſitan crederetis & mihi. De me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, quo modo uerbis meis credetis?

De Galilæis occiſis, & de ficulnea. *Lucæ* 13. CAP. LXVII.

A ADerant autem quidam in illo tempore, [*cùm de Hieruſalem rediiſſet in Galilæam*] nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. Et reſpondens dixit il-

lis:Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus
Galilæis peccatores fuerint, quia talia
resipue passi sunt? Non,dico uobis,sed nisi pœ-
ritis, nitẽtiam habueritis, similiter omnes per-
ibitis: sicut & illi decem & octo, super B
quos cecidit turris in Siloë, & occidit
eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerũt
*præ o- *præter oẽs homines habitantes in Hie-
mnibus rusalẽ?Non dico uobis,sed si non pœni-
tentiam habueritis, omnes simul peribi-
tis. ¶ Dicebat autem hanc similitudinem:
Arborem fici habebat quidam plantatam C
in uinea sua, & uenit quærens fructum in
illa,& non inuenit.Dixit autem ad culto
rem uineæ. Ecce anni tres sunt, ex quo
*ficu ueni, quærens fructum in * ficulnea hac,
& non inuenio. Succide ergo illam, ut
*onerat? quid etiam terram * occupat? At ille re-
spondens, dixit illi: Domine, dimitte il-
lam & hoc anno,usque dum fodiam cir-
ca illam,& mittã stercora. Et si quidem
*sin mi- fecerit fructum, * sinautem,in futurũ suc-
nus, cides eam.

De muliere incuruata. *Lucæ 13.*
CAPVT LXVIII.

¶ ERat autem in synagoga eorum do- A
cens sabbatis:Et ecce mulier, quæ ha
bebat spiritum infirmitatis annis decem
&

& octo, & erat * inclinata, nec omnino poterat* sursum respicere. Quam cùm uideret IESVS, uocauit ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta B est,& glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus indignans, quia sabbato curasset IESVS, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo uenite, & curamini, & nō in die sabbati. Respondēs autem Dominus ad illum, dixit: Hypocritæ, unusquisq; uestrum sabbato non soluit bouem suū, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto in C die sabbati? Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarii eius. Et omnis populus gaudebat in uniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.]

*cōtracta,
*erigere
caput,

De interrogatione facta Christo, Si pauci fiāt salui: et quòd Herodes quærebat eum occidere. *Luc. 13.* CAP. LXIX.

[A ET ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci

ſunt, qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad
illos: Contendite intrare per anguſtam
portam: quia multi, dico uobis, quærent
intrare, & non poterunt. Cùm autem in-
trauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtiũ,
incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, di
centes: Domine, aperi nobis. Et reſpon-
dens dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis.
Tunc incipietis dicere: Manducauimus
coram te, & bibimus: & in plateis noſtris
docuiſti. Et dicet uobis: Neſcio uos unde
ſitis. Diſcedite à me omnes operarii ini-
quitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dẽtium:
cùm uideritis Abraham, & Iſaac, & Ia-
cob, & omnes prophetas in regno Dei,
uos autem expelli foras. Et uenient ab
Oriente, & Occidente, & Aquilone, &
Auſtro, & accumbent in regno Dei.] Et
ecce ſunt nouiſsimi, qui erãt primi, & ſunt 3
primi, qui erant nouiſsimi. In ipſa autem
die acceſſerunt quidam Phariſęorum, di-
centes illi: Exi, & uade hinc, quia Hero-
des uult te occidere. Et ait illis: Ite, & di-
*finio cite uulpi illi. Ecce eiicio dæmonia, & ſa-
*fieri nõ poteſt, ut propheta pereat nitates perficio hodie & cras, et tertia die
* conſummor. Veruntamen oportet me
hodie & cras, & ſequenti die ambulare,
quia * non capit prophetam perire extra
Hieruſalem.

De

De hydropico sanato, & exhortatione Christi ad humilitatem. *Lucæ 14.* CAP. LXX.

A [ET factum est, cùm intraret in domum cuiusdam Principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respõdens IESVS, dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse uerò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respõdere illi. [Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad
B illos: Cùm inuitatus fueris, ad nuptias, ‡non discumbas in primo*loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum*rubore, nouissimum locum tenere. Sed cùm uocatus fueris, uade, & recumbe in nouissimo loco, ut cùm uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius.
C Tunc erit tibi gloria coram * simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humil

‡ *ab aliquo*
*accubitu,
*pudore
Pro. 25. A
*accumbentibus tecum.

humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.]

De uocãdis pauperibus ad cõuiuiũ: & parabola, de cœna magna. *Lucæ* 14. CAP. LXXI.

[DIcebat autem & ei [*Principi Pharisæorum*] qui se inuitauerat: Cùm facis prandium, aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos diuites: ne fortè & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio: Sed cùm facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia non*habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.] At ipse dixit: [Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, ut uenirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes se excusare. Primus dixit illi: Villã emi, & necesse habeo exire, & uidere illam. Rogo, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum

Margin: A — Tho. 4. b — *possũt — B

possum uenire. Et reuersus seruus† nuntiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cęcos & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, et compelle intra- *†ille*
C re, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis, quòd nemo uirorum illorum, qui uocati sunt, gustabit cœnam meam.†] *†Multi enim uocati, pauci uerò electi.*

De odiendis parentibus propter Christum. *Luc.* 14. CAP. LXXII.

A Ibant autem turbæ multæ cum eo, & cõuersus dixit ad illos: [Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucem suam & uenit post me, non
B potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis, uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiẽdum? ne posteaquàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. [*per hæc admonentur religionem*

profit

profiteri uolentes.] Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum
*contra uiginti milibus uenit *ad se? Alioqui ad-
*existen huc illo longe *agente, legationem mit-
te, tens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renuntiat omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus.] [*Hæc parabola innuit, Christi religioso exigere duplam obseruantiam scilicet mandatorum & consiliorum.*] Bonum
*insulsũ est sal Si autem sal *euanuerit, in quo con-
fuerit, dietur? Neq; in terram, neq; in sterquili-
*aptum nium * utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. [*Per hanc similitudinem innuitur, omne opus insipidum, si careat discretione.*]

De Scenopegia, & prædicatione passionis Christi. *Matthæi 17. Mar. 9. Luc. 9. Io. 7.* CAP. LXXIII.

R. ET inde profecti i. [*ambulabat post
*uersa- hæc IESVS in Galilæam, non enim
batur Ie uolebat ambulare in Iudæam, quia quæ-
sus in Ga rebant Iudæi eum interficere. Erat autem
lilæa, in proximo, dies festus Iudæorũ Scenopegia. Dixerũt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudæam, ut & discipu

B ſcipuli tui uideant opera quę tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipſe in *palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Nec enim fratres te, audacius credebant in eum. Dixit ergo eis IESVS: Tempus meum nondũ aduenit: tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe uos: me autem odit, quia teſtimonium perhibeo

*liberta- ĉter loqui.

C de illo, quia opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego enim *non aſcendam ad diem feſtum iſtum, quia tempus meum nondum impletum eſt. Hæc cùm dixiſſet *ipſe manſit in Galilæa. M. Conuerſantibus autem illis in Galilæa, R. docebat diſcipulos ſuos, &

*nõdum aſcendo

*illis,

D dixit illis: Quoniã filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum: & occiſus, tertia die reſurget. I. At illi ignorabãt uerbum iſtud, & erat uelatum *ante eos, ut non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc uerbo. M. Et contriſtati ſunt uehementer. I. Vt autem aſcenderũt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt

*ab eis,

E ille? Et murmur multum erat de illo in turba. Quidam enim dicebant: Quia bonus

nus est. Alii autem dicebant: Non, sed se-
*liberè ducit turbas. Nemo tamen *palàm loque-
batur de eo, propter metum Iudæorum.]
*circa festi medium [Iam autem *die festo mediante ascendit
IESVS in templum, & docebat. Et mira- F
bantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic
literas scit, cùm non didicerit? Respon-
dit eis IESVS, & dixit: Mea doctrina,
non est mea: sed eius qui misit me. Si quis
uoluerit uoluntatem eius facere, cogno-
scet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego
à meipso loquar. Qui à semetipso loqui-
tur, gloriam propriam quęrit. Qui autem
quærit gloriam eius qui misit illum, hic
uerax est, & iniustitia in illo non est.
Non'ne Moyses dedit uobis legem, & G
nemo ex uobis facit legem? Quid me
quæritis interficere? Respondit ei turba,
& dixit: Dæmonium habes, quis te quæ-
rit interficere? Respondit IESVS, & di-
xit ei: Vnum opus feci: & omnes mira-
mini. Propterea Moyses dedit uobis cir-
Leu.18.4 cuncisionem, non quia ex Moyse est, sed
ex patribus. Et in sabbato circunciditis
hominem. Si circuncisionem accipit ho-
mo in sabbato, ut non soluatur lex Moysi,
mihi cur indignamini, quia totum ho-
Deut. 1.c minem sanum feci in sabbato? Nolite iu-
*aspectũ dicare secundum *faciem, sed iustum iu-
diciũ

dicium iudicate. Dicebant ergo quidam
ex Hieroſolymis: Non'ne hic eſt, quem
I quærunt interficere? Ecce *palàm loqui- *liberè
tur, & nihil ei dicunt. Nunquid uerè co-
gnouerũt Principes, quia hic eſt CHRI-
STVS? Sed hunc ſcimus unde ſit: Chri-
ſtus auté cùm uenerit, nemo ſcit unde ſit.
Clamabat ergo docens in templo IE-
SVS, & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim,
ſcitis: & à meipſo non ueni, ſed eſt uerus
qui miſit me, quem uos neſcitis. Ego au-
tem ſcio eum. Et ſi dixero quia neſcio
eum, ero ſimilis uobis, mendax. Sed ſcio
eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.
Quærebant ergo eum apprehendere, &
nemo miſit in illum manus, quia non-
dum uenerat hora eius. De turba autem
K multi crediderunt in eum.] Et dicebant:
Chriſtus cùm uenerit, nunquid plura‡ ſi- ‡his
gna faciet, quàm quæ hic facit? Audie-
runt Phariſæi turbam murmurantem de
illo hæc: & [miſerunt Phariſæi & Prin-
L cipes‡ miniſtros ut apprehenderent eum. ‡ſacer-
Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicum dotum
tempus uobiſcum ſum, uado ad eum,
qui miſit me. Quæretis me, & non inue-
nietis. Et ubi ego ſum, uos non poteſtis
uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſeipſos:
Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus

cum? Nunquid in diſperſionem Gen-
tium iturus eſt,& docturus Gentes? Quis
eſt hic ſermo,quem dixit? Quæretis me,
& non inuenietis: & ubi ego ſum, uos
non poteſtis uenire? [In nouiſsimo au- M
tem die magno feſtiuitatis ſtabat IESVS,
& clamabat, dicens: Si quis ſitit, ueniat
ad me,& bibat. Qui credit in me (ſicut di
cit ſcriptura) flumina de uentre eius fluent
aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu,
quem accepturi erant credentes in eum.] N
Nondum enim erat ſpiritus datus, quia
IESVS nondum fuerat glorificatus. Ex
illa ergo turba cùm audiſſent hos ſermo-
nes eius, dicebant: Hic eſt uerè propheta,
Alii dicebant: hic eſt CHRISTVS.
Quidam autem dicebant: Nunquid à
Galilæa Chriſtus uenit? Non'ne ſcriptu-
ra dicit, quia ex ſemine Dauid, & de
Mich.5.a Bethleem caſtello, ubi erat Dauid, uenit
Chriſtus? Diſſenſio itaque facta eſt in O
turba propter eum. Quidam autem ex
ipſis uolebant apprehendere eum: ſed ne-
mo miſit ſuper illum manus. Venerunt
ergo miniſtri ad Pontifices, et Phariſæos,
& dixerunt eis illi: Quare non adduxi-
ſtis illum? Reſponderunt miniſtri: Nun-
quam ſic locutus eſt homo, ſicut hic ho-
mo loquitur. Reſpõderunt ergo eis Pha-
riſæi:

risæi: Nunquid & uos seducti estis? Nunquid aliquis ex Principibus & Pharisæis credit in eum? Sed turba hæc quæ non
Q nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid &
R tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & uide, quia propheta à Galilæa non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam.

De muliere deprehensa in adulterio. *Ioan.8.* CAP. LXXIIII.

A IESVS autem perrexit in mõtem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum. Et omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi ‡ mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem ‡ mandauit nobis Moyses, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid di-
B cis‡? Hæc autem dicebãt, tentantes eum, ut possent accusare eum. IESVS autem

‡*ad ipsã* *Leu.20.a* ‡*nostra* ‡*de illa*

inclinans se deorsum, digito scribebat in
Deu. 17. b terra. Cùm autem perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, ‡ unus post unum exibant, incipientes à senioribus ‡. Et remãsit solus IESVS, & mulier in medio stans. Erigens autem se IESVS ‡ dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autẽ IESVS: Nec ego te condemnabo. Vade, & amplius noli peccare.]

‡ cùm à consciẽtia redarguerentur,
‡ usq; ad postremos
‡ cùm neminem uidisset præter mulierem,

De uerbis Christi in gazophylacio. *Ioan. 8.* CAP. LXXV.

ITerum ergo locutus est eis IESVS, dicens: [Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est uerum. Respondit IESVS, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quò uado. Vos autem nescitis, unde ueni, aut quò uado. Vos secundum carnem iudicatis, ego autem non iudico

quenq

quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed
C ego, & qui misit me pater. Et in lege ue- *Deu. 19. b*
stra scriptum est, quia duorũ hominum, testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit IESVS: Neque me scitis, neq; patrem meum. Si me sciretis, * forsitan & *utique
patrem meum sciretis. Hæc uerba loquutus est in gazophylacio, docens in tem-
D plo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius.]

De alio sermone Christi, propter quem uoluerunt eum interficere.

Ioannis 8.

CAPVT LXXXVI.

A DIxit ergo iterum eis: [Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quò ego uado, uos non potestis uenire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum? quia dicit: Quò ego uado, uos non potestis uenire. Et dicebat eis: Vos * deorsum estis, ego *ex in-
de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis, fernis
ego non sum de mundo hoc. Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis uestris.

Si enim non credideritis, quia ego sum,
moriemini in peccato uestro. Dixerunt B
ergo ei: Tu quis es? Dixit eis IESVS:
Principium, *qui & loquor uobis. Mul-
ta *habeo de uobis loqui & iudicare, sed
qui me misit, uerax est. Et ego, quæ audi-
ui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non
cognouerunt, quia *patrem eius dicebat
Deum. Dixit ergo eis IESVS: Cum exal-
taueritis filium hominis, tunc cognosce-
tis, quia ego sum, & à meipso facio nihil:
sed sicut docuit me pater, hæc loquor: &
qui misit me, mecum est: & non reliquit
me solum, quia quæ placita sunt ei, facio
semper.] Hæc illo loquente multi credi-
derunt in eum. [Dicebat ergo IESVS
ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si uos
manseritis in sermone meo, uere disci-
puli mei eritis, & cognoscetis ueritatem,
& ueritas * liberabit uos. Responderunt
ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini ser-
uiuimus unquam. Quomodo tu dicis, li-
beri eritis? Respondit eis IESVS: Amen
amen dico uobis, quia omnis qui facit
peccatum, seruus est peccati. Seruus autem
non manet in domo in æternum: filius
autem manet in æternum. Si ergo filius
uos liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia
filii Abrahæ estis: sed quæritis me inter-
ficere,

*quia
*possum
*de patre eius locutus esset.
*liberos uos faciet.

ficere, quia sermo meus non*capit in uobis. Ego, quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Responderunt, & dixe- *habet locum
D runt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quęritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis loquutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham nõ fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt ergo ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis IESVS: Si Deus pater uester esset, diligeretis utique
E me. Ego enim ex Deo processi, & ueni. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit.] Quare loquelam meam non cognoscitis? quia nõ potestis audire sermonem
F meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius. Ego autem quia ueritatem dico, non creditis mihi.
G [Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatẽ dico, quare nõ creditis mihi? Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Propterea uos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. Re-

ſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei:
Nónne bene dicimus nos, quia Sama-
ritanus es tu, & dæmonium habes? Re-
ſpondit IESVS: Ego dæmonium non
habeo, ſed honorifico patrem meum: &
uos inhonoraſtis me. Ego autem non
quæro gloriam meam, eſt qui quærat, H
& iudicet. Amen amen dico uobis: Si
quis ſermonem meum ſeruauerit, mor-
tem non uidebit in æternum. Dixerunt
ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia
dæmonium habes. Abraham mortuus
eſt & prophetæ, & tu dicis: Si quis ſer-
monem meum ſeruauerit, mortem non
guſtabit in æternum? Nunquid tu ma-
ior es patre noſtro Abraham, qui mor-
tuus eſt? & prophetæ mortui ſunt? Quem
teipſum facis? Reſpondit IESVS: Si
ego glorifico meipſum: gloria mea ni-
hil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat
me, quem uos dicitis, quia Deus noſter
eſt, & non cognouiſtis eum: Ego autem
noui eum. Et ſi dixero, quia non ſcio
eum, ero ſimilis uobis mendax: ſed ſcio
eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham
pater ueſter exultauit, ut uideret diem
meum: uidit, & gauiſus eſt. Dixerunt
ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta an-
nos nondum habes, & Abraham uidiſti?

Dixit ergo eis: Amen amen dico uobis
I antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerét in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.] ‡ Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius. ‡ *transiés per mediũ illorum & præteriit.*

De cæco nato. *Ioan. 9.*

CAPVT LXXVII.

[A ET præteriens, Iesus uidit hominem cæcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli sui: ‡ Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo poterit operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cùm dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos * eius, & dixit ei: Vade & laua in * natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit, & uenit uidens. Itaque uicini, & qui uiderant eum prius (quia mendicus erat) dicebant: Nónne hic est, qui sedebat &
B mendicabat? Alii dicebant, quia hic est. Alii autem: Nequaquam, sed similis eius est. Ille uerò dicebat, quia ego sum. Dicebant

‡ *dicentes*

* *cæci*

* *piscina. sic infrà*

bant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriã Siloë, & laua. * Et abii, & laui, & uideo. Dixerunt ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio. Adducunt ad Phariſæos eum qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſęi, quomodo *uidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alii autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit, Quia propheta eſt. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet & uidiſſet, donec uocauerunt parentes eius, qui uiderat. Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic filius ueſter eſt, quem uos dicitis, quia cæcus natus eſt? quomodo ergo nunc uidet? Reſponderunt ergo eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo autem

*Vt autẽ abii, & laui, uiſum accepi.

* uiſum recepiſſet.

autem nunc uideat, aut quis aperuerit
C oculos eius, nos nescimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Aetatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui cæcus fuerat, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo
D go ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cùm cæcus essem, modo uideo. Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei, & dixerunt: Tu discipulis illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus, unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. A' seculo non est auditum, quia quis aperuit

oculos

oculos cęci nati:nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cùm inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respondit ei & dixit: Quis est Domine, ut credam in eum? Dixit ei Iesus. Et uidisti eũ, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine, & procidens adorauit eum.] Et dixit ei Iesus: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et audierunt ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc uerò quia dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet.

De sermone Christi: Ego sum pastor bonus. *Ioan.* 10.

CAPVT LXXVIII.

[AMen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, hic pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt, & proprias oues uocat nomin

nominatim,& educit eas:& cum proprias
oues emiſerit, uadit ante eas, & oues il-
lum ſequuntur, quia ſciunt uocem eius.
Alienum autem non ſequuntur, ſed fu-
giunt ab eo, quia non nouerunt uocem
alienorum. Hoc prouerbiũ dixit eis IE-
SVS. Illi autem non cognouerunt quid
loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ie-
B ſus:Amen amen dico uobis,quia ego ſum
oſtium ouiũ.Omnes,quotquot uenerunt,
‡fures ſunt & latrones: ſed non audierunt ‡*ante me*
eos oues.Ego ſum oſtium. Per me ſi quis
introierit, ſaluabitur: & ingredietur, &
egredietur,& paſcua inueniet. Fur autem
nō uenit,niſi ut furetur,& mactet, & per-
dat.Ego ueni,ut uitam habeant, & abun-
dantius habeant.] [Ego ſum paſtor bo- *Eſa.40.e*
nus. Bonus paſtor dat animam ſuam pro *Eze.34.f*
C ouibus ſuis. Mercenarius autem, & qui *g.* & *37.f*
non eſt paſtor, cuius non ſunt oues pro-
priæ, uidet lupum uenientem, & dimittit
oues & fugit: & lupus rapit, & diſpergit
oues.Mercenarius autem fugit,quia mer-
cenarius eſt, & *non pertinet ad eum de **non eſt*
D ouibus. Ego ſum paſtor bonus,& cogno *illi cura*
ſco oues meas,& cognoſcunt me meę.Si-
cut nouit me pater, & ego agnoſco pa-
trem:& animam meam pono pro ouibus *Eze.37.f*
meis.Et alias oues habeo, quæ nō ſunt ex
hoc

hoc ouili:& illas oportet me adducere,&
* unus uocem meam audient,& fiet*unum oui-
grex, le,& unus pastor.] Propterea me pater di
ligit, quia ego pono animam meam, ut
iterum sumam eam. Nemo tollit eam à
me,sed ego pono eam à meipso.Potesta-
tem habeo ponendi animā meam, & po-
testatem habeo iterum sumēdi eam. Hoc
mandatum accepi à patre meo.Dissensio
‡ *igitur* ‡ iterum facta est inter Iudæos propter
sermones hos. Dicebant autem multi ex
his: Dæmonium habet, & insanit, quid
eum auditis? Alii dicebant: Hæc uerba
non sunt dæmonium habentis. Nun-
quid dæmonium potest cæcorum ocu-
los aperire?

De Encæniis. *Ioan.* 10.

CAPVT LXXIX.

[*1. Mach. 4.f.g.* FActa sunt autem Encænia in Hiero- 1
solymis [*quintadecima decembris,*]&
hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo
in porticu Salomonis. Circundederūt er- 3
go eum Iudæi, & dixerunt ei: Quousque
animam nostram tollis? Si tu es Christus,
*liberè. dic nobis * palam. Respondit eis Iesus:
* dixi * Loquor uobis, & non creditis. Opera
quæ ego facio in nomine patris mei, hæc
testimonium perhibent de me:sed uos nō
creditis, quia non estis ex ouibus meis.

‡Oues

‡ Oues meæ uocem meam audiũt, & ego agnosco eas,& sequuntur me. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus* quod dedit mihi, maius omnibus est. Et nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.] Sustulerunt ergo ‡ lapides

‡ *quẽadmodũ dixi uobis.*

* qui dedit mihi, maior

‡ *iterum.*

D Iudæi,ut lapidarent eũ. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo,propter quod horum opus me lapidatis?Respõderunt ei Iudæi: Propter bonũ opus non lapidamus te, sed de blasphemia. Et quia tu homo cùm sis,facis te ipsum Deum.Respondit eis Iesus:Nónne

E scriptum est in lege uestra, Ego dixi, dii estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est,& non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum? Si non facio opera patris mei,nolite credere mihi:si autem facio,& si mihi non uultis credere, operibus credite,ut cognoscatis & credatis,quia pater in me est, & ego in patre.] Quærebant ergo eum apprehendere, &

Psal.81.b.

F exiuit de manibus eorum.Et abiit iterum trans Iordanẽ,in cũ locũ, ubi erat Ioãnes baptizans primùm,& mãsit illic. Et multi uene-

ti uenerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes G de hoc, uera erant: & multi crediderunt in eum.

De reprehensione traditionis Iudæorum. *Math.15. Mar.7.*

CAPVT LXXI.

M.[TVnc accesserunt ad eum ab Hiero- A solymis Scribæ & Pharisæi. R. Et cùm uidissent quosdam de discipulis eius *communibus manibus, id est non lotis manducare panem, *uituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus, non manducant, tenentes traditiones seniorum: & à foro redeuntes nisi *baptizentur, non comedunt. Et alia multa, quæ tradita sunt illis seruare, *baptismata calicum & urceorum, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabãt eum Pharisæi & Scribæ, M. dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur, R. & non ambulant iuxta traditiones seniorum? M. Non enim lauant manus suas, quum panem manducant, R. sed communibus manibus manducant panem. M. Ipse autem respondens ait illis: Quare & uos mandatum Dei transgredimini propter B traditionem uestram? R. Relinquen-

* inquinatis
* incusauerunt.
* abluti fuerint,
* ablutiones

tes

tes enim mādatum Dei, tenetis traditiones hominum, & baptiſmata urceorũ, & calicũ, & alia ſimilia iis facitis multa. Et dicebat eis: Bene irritum feciſtis mandatum Dei, ut ſeruetis traditionem ueſtrã. M. Nam Deus *dixit R. & Moyſes: Honora patrem tuum & matrem. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Si dixerit homo patri & matri, Corban, hoc eſt, donũ, quodcunq; ex me, tibi profuerit, M. & nõ honorificabit patrẽ ſuum aut matrem ſuam, R. & ultra non dimittitis eũ quicquã facere patri ſuo, aut matri, *reſcindẽtes uerbum Dei per traditionem ueſtram, quã tradidiſtis: & multa ſimilia huiuſmodi facitis. M. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Eſaias, dicens: * Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge eſt à me R. In uanum autem M. & ſine mihi cauſa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis iterũ ad ſe turbis, dixit. R. Audite me omnes, & intelligite: M. Non quod intrat in os, coinquinat hominem. R. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſsit eum inquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt, quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat.

Margin: *præcepit; Exo. 10.c; Deut. 5.b; Leu. 20.b; Pro. 20.c; *abrogantes; Eſa. 29.d; *appropinquat populus hic ore ſuo; D; E; F

Et cùm introisset in domum à turba, M. accedentes discipuli eius, R. interrogabant eum parabolã, M. & dixerũt ei: Scis, quia Pharisæi audito hoc uerbo, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis G plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam hanc. At R ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu, R. sic & imprudentes estis? Non intelligitis, quia M. omne quod in os intrat, R. non potest eum coinquinare? quia non intrat in cor eius, sed in uentrem uadit, & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat autem: Quoniam M. quæ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominem. R. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedũt, M. homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, * blasphemiæ, R. auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, M. & hæc sunt quæ coinquinãt hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.]

* conuicia,

D:

De Chananæa muliere. *Matt.* 15. *Marci* 7. CAPVT LXXXI.

A ET egressus inde IESVS, secessit, in partes Tyri & Sidonis. R. Et in-
M gressus domum neminem uoluit scire, & non potuit latere. M. Et ecce mulier Chananæa, R. gentilis, & Syrophœnissa genere, ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, M. egressa à finibus illis, R. intrauit M. & clamauit dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Di-
B mitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. At illa uenit, & adorauit eum, R. & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere: & rogauit eum, ut dæmonium eiiceret de filia eius, M. dicens: Domine adiuua me. Qui respondens, ait: R. Sine prius saturari filios. M. Non est enim bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa respõdens, dixit illi: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, R. & comedunt de micis sub mensa puerorum. M.

Tunc respondens IESVS, ait illi: O mulier, magna est fides tua: Fiat tibi, sicut uis. R. Propter hunc sermonem uade, exiit dæmonium de filia tua. M. Et sanata est filia eius ex illa hora.] Et cùm abiisset domum suam, inuenit puellam iacentem super lectum, & dæmonium exiisse.

De surdo, & muto sanatis, & multis aliis.

Matthæi 15. Mar. 7. CAP. LXXXII.

R. [ET iterum exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilææ, quod est inter medios fines Decapoleos: & adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manũ. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in cælum ingemuit, & ait: Epheta, quod est aperire. Et statim apertæ sunt aures, eius & solutũ est uinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit eis, ne cui dicerent. Quãto autem eis præcipiebat, tanto magis * plus prædicabant, & de eo amplius *admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.] [Et ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ

*abundantius *stupebant, *Esa. 35. b*

A B C

turbæ multæ, habentes ſecum mutos & claudos,* debiles, cæcos, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ admirarentur, uidentes mutos loquentes ‡ claudos ambulantes, cæcos uidentes, * & magnificabant Deum Iſraël.]

*mutilos,

‡ *mutilos incolumes,*

*glorificabant

D

QVARTA PARS,

Continens ea, quæ fecit, ac dixit Ieſus anno ætatis ſuæ triceſimotertio.

De ſecunda refectione turbæ ex ſeptem panibus. *Matthæi 15. Marci 8.* CAP. LXXXIII.

[R A IN diebus illis, iterũ cùm turba multa eſſet cum IESV, nec haberent quod manducarẽt, conuocatis diſcipulis ſuis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, M. & perſeuerant mecũ, nec habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in uia: R. quidam enim ex eis de longe uenerunt. Reſponderũt ei diſcipuli: Vnde iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? M. Vnde nobis panes in deſerto tanti, ut ſaturemus turbam tantam?

R. Et interrogabat eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem, M. & paucos pisciculos. R. Et præcepit turbæ, ut discumberent super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerēt. Et apposuerunt turbæ, M. & dederunt populo. Et manducauerūt omnes, & saturati sunt. R. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor milia hominum, M. extra paruulos & mulieres, R. & dimisit eos. M. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam cum discipulis suis, & uenit in fines Magedon R. partes Dalmanutha.

De Iudæis iterum petentibus signū de cælo, & fermento Pharisæorū cauendo. *Matthæi 16. Marci 8.* CAP. LXXXIIII.

M. ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eum, ut signum de cælo ostēderet. At ille respondens, ait illis: Facto uespere dicitis: Serenum erit, rubicundum enim est cælū. Et manè, Hodie tēpestas, rutilat enim triste cælum. ‡ faciem *ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis?

‡ *Hypocritæ*

*quidē

ſtis? R. Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid
B generatio iſta ſignum quærit? M. Generatio mala & adultera ſignum quærit. R. Amen dico uobis: M. Non dabitur R. generationi huic ſignũ, M. niſi ſignũ Ionæ prophetæ. *Ionæ 2. a* Et relictis illis R. aſcendit in nauim, & abiit trans fretũ. M. Et cùm ueniſſent diſcipuli eius trans fretũ, obliti ſunt panes recipere. Et niſi unum panem habebant ſecum in naui. R. Et præcipie-
C bat eis, dicens: M. *Intuemini, & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum, R. & à fermento Herodis. M. At illi cogitabant intra ſe, dicentes: Quia panes non accepimus. R. Quo cognito, ait illis IESVS: M. Quid cogitatis inter uos, modicæ fidei, quia panes non *habetis? R.
D Nondũ cognoſcitis, nec intelligitis? Adhuc cæcatũ habetis cor ueſtrũ? oculos habentes, & nõ uidetis, & aures habẽtes, non auditis? Nec recordamini, quãdo quinq; panes fregi in quinq; milia hominum? Et quot cophinos fragmẽtorũ plenos ſuſtu-
E liſtis? Dicũt ei: duodecim. Quãdo et ſeptẽ panes in quatuor milia hominũ, & quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nõdũ intelligitis, M. quia nõ de pane dixi uobis, Cauete à fermẽto Phariſæorũ & Sad-

*Videte,

*accepiſtis?

ducæorum?Tunc intellexerunt,quia non dixerit cauendũ à fermento panum:ſed à doctrina Phariſæorũ & Sadducæorum.

De cæco Bethſaidæ ſanato.

Mar. 8. CAP. LXXXV.

A ET ueniunt Bethſaida,& adducunt ei cęcum.Et rogabant eũ,ut illum tangeret. Et apprehẽſa manu cæci,educit eũ extra uicum,expuẽs in oculos eius:& impoſitis manibus ſuis interrogauit eum,ſi quid uideret?Et aſpiciens,ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterũ impoſuit manus ſuper oculos eius, &* cœpit uidere. Et reſtitutus eſt ita,ut clarè uideret oĩa.Et miſit illũ in domum ſuam,dicens:Vade in domũ tuam.Et ſi in uicũ introieris,nemini dixeris. Et egreſſus eſt IESVS & diſcipuli ei⁹ in caſtella. C

*fecit eũ reſpicere

De confeſsione ueræ fidei, quã fecit Petrus.

Matt. 16. Mar. 8. Luc. 9. CAP. LXXXVI.

[M. VEnit autem in partes Cæſareæ Philippi. L. Et factũ eſt cũ ſolus eſſet orãs,& diſcipuli eius cũ eo, R. in uia M. interrogabat diſcipulos ſuos,dicẽs: Quẽ dicunt homines eſſe filiũ hominis?L. quẽ me dicũt eſſe turbæ? R. Et reſponderunt illi,dicentes: M. Alii Ioannẽ Baptiſtam: A

alii

alii Heliam, alii uerò Hieremiam, R. alii uerò quaſi unũ de prophetis. L. Alii uerò, quia unus propheta de prioribus ſurrexit. R. Tunc dixit illis IESVS: M. Vos autem qué me eſſe dicitis? Reſpõdés Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Reſpondés autẽ IESVS, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt
B in cælis. Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorũ, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum &
C in cælis.] L. At ille increpãs eos R. comminatus eſt eis, M. & præcepit diſcipulis, ut nemini dicerét de illo, quòd ipſe eſſet IESVS Chriſtus. Exinde cœpit IESVS docere eos & oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymã, & multa pati, R. & reprobari à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus & Scribis M. & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. R. Et palam uerbum lo-
D quebatur. M. Et aſſumens eũ Petrus cœpit illum increpare, dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. R. Qui conuerſus

uidens discipulos, comminatus est Petro,
aduersarie dicens: M. Vade retro post me Satana. Scandalũ es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.

De cruce baiulanda post Christum. *Matt. 16. Mar. 8. & 9. Luc. 9.* CAP. LXXXVII.

R. ET cõuocata turba cũ discipulis suis, A dicebat ad omnes: M. [Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim uoluerit animã suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, R. & Euangeliũ, saluam faciet eam, M. & inueniet eam. Quid enĩ prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? L. & semetipsum perdat, & detrimentũ sui faciat? M. Aut quam dabit homo commutationẽ pro anima sua? Filius enim hominis uenturus est in gloria sui patris cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opera eius. R. Qui enim me * confessus fuerit, & uerba mea, in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis * confitebitur eum, cùm uenerit in gloria patris sui cũ angelis suis. L. Nam qui erubuerit me, & sermones meos, hunc filius hominis

*confusus
*cõfundetur

erub

erubeſcet, cùm uenerit in *maieſtate ſua, & patris,& ſanctorum angelorum. R. Et dicebat illis: Amen dico uobis. M. Sunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo.] *gloria

De transfiguratione Domini.

Matthæi 17. Marci 9. Lucæ 9.

CAPVT LXXXVIII.

L. A FActum eſt autem M. poſt dies ſex, L. poſt hæc uerba ferè dies octo: M. [aſſumpſit IESVS Petrũ,& Iacobum,& Ioannem fratrẽ eius:& duxit illos in montem excelſum ſeorſum R. ſolos, L. ut oraret. M. Et * transfiguratus eſt ante illos. *trãsformatus L. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies uultus eius altera, M. & reſplenduit facies eius ſicut Sol,ueſtimenta autem eius facta ſunt alba uelut *nix, R. & qualia fullo non po- *lux,
B teſt candida facere ſuper terrã. L. Et ecce duo uiri M. * apparuerunt eis Moyſes & *uiſi Helias,cum eo loquentes, L. uiſi in ma- ſunt ieſtate. Et dicebant *exceſſum eius,quem *exitum completurus erat in Hieruſalem. Petrus uerò, & qui cum illo erant, grauati erant ſomno. Et euigilantes uiderunt maieſtatem eius, & duos uiros qui ſtabant cum illo.Et factum eſt dum diſcederẽt ab illo, ait Petrus ad IESVM: M. Domine,bo-

num eſt nos hic eſſe. Si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unũ. R. Non enim ſciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. M. Adhuc autem illo loquẽte ecce nubes lucida obumbrauit eos, L. & timuerunt illis in nubem intrantibus. M. Et ecce uenit uox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, R. chariſsimus, M. in quo mihi bene placui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli eius, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt ualde. Et acceſsit IESVS & tetigit eos, dixitq́; eis: Surgite, nolite timere. L. Et dum fieret uox, M. leuantes oculos ſuos, R. & circunſpicientes, neminem uiderunt amplius, niſi IESVM tantùm ſecum: L. & inuentus eſt IESVS ſolus. M. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis IESVS, dicens: Nemini dixeritis uiſionem, donec Filius hominis à morte reſurgat.] Et uerbum continuerũt apud ſe, conquirentes, quid eſſet, cùm à mortuis reſurrexerit. L. Et tacuerunt ipſi, & nemini * dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ uiderant. M. Et interrogauerũt eum diſcipuli eius, & dicebant: Quid ergo dicunt Scribæ, R. & Phariſæi, quia Heliam oportet uenire primùm? Qui reſpondens, ait illis: M. Helias quidem

*renuntiauerũt

Mat. 4. b

dem uenturus eſt, R. & dum uenerit, primò reſtituet omnia: & quomodo ſcriptũ eſt *in Filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur. M. Dico autem uobis quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eum: ſed fecerunt in eo, quæcunque uoluerunt, R. ſicut ſcriptum eſt de eo. M. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerũt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis. *de Filio

De ſpiritu muto & lunatico, quẽ non potuerunt curare diſcipuli Chriſti. *Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9.*

CAPVT LXXXIX.

L. A FActum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, R. & ueniens ad diſcipulos ſuos, uidit turbam magnã circa eos, & Scribas conquirẽtes cum illis. Et confeſtim omnis populus uidens IESVM, ſtupefactus eſt, & expauerũt. M. Et cùm ueniſſet ad turbã, R. accurrentes ſalutabãt eum: & interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? L. Et ecce R. reſpõ-
B dens L. uir R. unus de turba. M. acceſsit ad eum *genibus prouolutus ante eum L. & exclamauit, dicens: Magiſter, R. attuli filium meum ad te, habentẽ ſpiritum mutum, qui ubicunq; apprehẽderit eum, allidit eum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & *genua flectens

areſc

arefcit. M. Domine, miferere filio meo, quia lunaticus eft, & malè patitur. Nam fæpe cadit in ignem,& crebrò in aquã. L. Vnicus mihi eft. Et ecce fpiritus apprehẽdit illum, & fubitò clamat,& elidit,& diffipat eum cum fpuma,& uix difcedit, dilanians eum. Et obtuli eum difcipulis tuis, M. rogaui, L. ut eiicerent eum, M. & nõ potuerunt curare eũ. Refpondens IESVS, C ait: O generatio incredula, L. infidelis, M. & *peruerfa: quoufque ero uobifcum? ufquequo patiar uos? Adferte huc illũ ad me, R. & attulerunt *eum. L. Et cùm accederet, R.& uidiffet illum, ftatim fpiritus turbauit illum, L. & elifit eum dæmonium, & difsipauit: R. & *elifus in terram uolutabatur, fpumans. Et interrogauit patrem: Quantum tẽporis eft, ex quo ei hoc accidit? Et ille dixit: Ab infantia,& frequẽter eum in ignẽ,& in aquã mifit, ut eum perderet. Sed fi quid potes, adiuua nos, mifertus noftri. IESVS autem ait illi: Si potes credere, omnia pofsibilia funt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum lacrymis, aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm uidiffet IESVS concurrentem turbam, comminatus eft fpiritui immundo, M. & increpauit eum IESVS, R. dicẽs: Surde,& mute fpiritus,

*diftorta:
*illum ad eum.
*cadens

ritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & am-
E plius ne introëas in eum. Et exclamans & multùm discerpens eũ, M. exiit ab eo dæmonium, L. & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerẽt, quia mortuus est. IESVS autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit, M. & curatus est puer in illa hora, L. & reddidit illum patri suo. Stupebãt autem omnes in *magnitudine *magnificentia
F Dei, omnibusq; mirantibus in omnibus quæ faciebat, † dixit ad discipulos suos: †IESVS Ponite uos in *cordibus uestris sermones *aures istos. filius enim hominis, futurum est, ut uestras tradatur in manus hominum. R. Et cùm introissent domum discipuli eius, M. accesserunt ad eum *secretò, & dixerunt ei: *seorsim Quare nos non potuimus curare eum? Dixit illis IESVS: Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc: & transibit. Et nihil impossibile erit uobis. R. Hoc autem genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.]

De discipulis petentibus sibi fidem augeri. *Lucæ 17.* CAP. X C.

[A ET dixerunt apostoli Domino: *Adauge nobis fidem Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem sicut granum *Adiice

sinap

*ſyco- ſinapis dicetis huic arbori *moro: Eradi-
moro: care, & explantare in mare: & obediet uobis. Quis autem ueſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentẽ boues, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, & recumbe: & non dicat, Para quod cœnẽ: & præ- B
cinge te, & miniſtra mihi, donec manducem, & bibam: & poſthæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quæ ſibi imperauerat? Non C
puto. Sic & uos, cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt uobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.]

De ſolutione didrachmatis.

Matthæi 17. CAP. XCI.

ET cùm ueniſſent Capharnaũ, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrũ, & dixerunt ei: Magiſter ueſter non ſoluit didrachma? Et ait: Etiã. Et cùm intraſſet in domum, præuenit eum IESVS, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiũt tributum, uel cenſum: à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis Et dixit ei IESVS: Ergo liberi ſunt filii. Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamũ, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: Et aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te.

De cõtentione discipulorũ quis eorum uideretur esse maior.

Matt. 18. *Mar.* 9. *Luc.* 9. CAP. XCII.

M IN illa hora, L. intrauit cogitatio in eos, quis eorum esset maior. At IESVS uidens cogitationes cordis illorũ, R. qui
E cùm domi esset, interrogabat eos: Quid in uia *tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in uia inter se disputauerãt, quis esset illorum maior. M. Accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes: [Quisputas maior est in regno cælorum? R. Et residens uo-
F cauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omnium *nouissimus, & omniũ minister. M. Et aduocans IESVS paruulum, statuit eum *secus se in medio eorum. R. Quem cùm cõplexus esset, ait illis: M. Amen dico uobis: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorum. Quicũq; ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorũ. Et qui susceperit unũ paruulum talem in nomine meo,
G me suscipit. R. Et quicunque me susceperit, non solùm me suscipit, sed eum, qui misit me. L. Nam qui minor est inter uos omnes, hic *maior est. M. Qui autẽ scandalizauerit unum de pusillis istis minimis qui in me credunt, expedit ei, ut suspen-

*inter uosipsos tractabatis?

*ultimus

*iuxta

*magn⁹

datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Væ mũdo à scandalis. Necesse est enim, ut ueniãt scandala: ueruntamen, uæ homini illi, per quẽ scandalum uenit. Si autem R. manus tua scandalizat te, abscinde eam, M. & proiice abs te. R. Bonũ est tibi *debilẽ, uel claudum, introire in uitam, quàm duas manus habentem, ire in gehennam, M. in ignem æternum, R. & inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonũ est tibi claudum intrare in uitam æternã, quàm duos pedes habentem mitti in gehennã ignis inextinguibilis: ubi uermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur. Et si oculus tuus scãdalizat te, erue eum, M. & proiice abs te. R. Bonum est tibi luſco cũ uno oculo uitã intrare, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonũ est sal. Quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud cõdietis? Habete in uobis sal, & pacẽ habete inter uos. M. Videte ne cõtemnatis unũ ex his pusillis. Dico enim uobis, quia angeli eorũ in cælis semper uidẽt faciẽ patris mei, qui in cęlis est.

*mancũ,

Venit

Venit enim filius hominis saluare quod
perierat. Quid uobis uidetur? Si fuerint
alicui centum oues, & errauit una ex eis:
non'ne relinquit nonagintanouē in *de- *mon-
serto, & uadit quærere eā, quæ errauerat? tibus,
M Et si contigerit, ut inueniat eā: amen dico
uobis, quia gaudet super eā magis, quàm
super nonagintanouē, quæ non errauerūt.
Sic non est uoluntas ante patrē uestrū, qui
in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis.

De illo qui eiiciebat dæmonia, & non sequebatur Christum.

Marci 9. Lucæ 9. CAP. XCIII.

R. A RESpondit illi Ioannes, dicens: Magister, L. uidimus quendā in nomine tuo eiicientē dæmonia: & ꝓhibuimus eū, quia non sequitur te nobiscum. Et ait ad illos IESVS: R. Nolite ꝓhibere eū. Nemo est enim q̄ faciat uirtutē in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. L. Qui
B enim nō est aduersum uos, ꝓ uobis est. R. Quisquis uobis potū dederit calicē aquæ frigidæ in nomine meo, q̄a Christi estis: amē dico uobis, non perdet mercedē suā.

De tribus parabolis ouis uidelicet, & drachmæ perditæ, & filii prodigi.

Luc. 15. CAP. XCIIII.

L A ERant autē appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum.

Et murmurabant Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & mãducat cum illis. Et ait ad illos parabolam

De oue. istam, dicẽs: Quis ex uobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis, non'ne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cùm inuenerit illã, imponit in humeros suos gaudens. Et ueniens domũ, conuocat amicos et uicinos,

*Cõgaudete

dicens illis: *Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meã, quæ perierat. Dico uobis quòd ita erit gaudium in cœlo, super uno peccatore pœnitentiã agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent

De drachma. pœnitentia. Aut quæ mulier, habens drachmas decẽ, & si perdiderit drachmã unã,

*uerrit

non'ne accendit lucernam, & *euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit, cõuocat amicas et uicinas, dicens: Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdiderã. Ita dico uobis: Gaudiũ erit angelis Dei super uno peccatore pœnitentiã agẽte.] Ait autem:

De filio prodigo. [Homo quidã habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiã. Et nõ post multos dies congregatis omnibus, adolescentior

tior filius peregrè profectus est in regionem longinquã. Et ibi dissipauit substantiam suam, uiuẽdo luxuriosè. Et postquã omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regione illa. Et ipse cœpit egere, & abiit, & adhæsit uni ciuiũ regionis illius, & misit illum in uillam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat uentrem suum implere de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? & ego hîc fame pereo. Surgam, & ibo ad patrẽ meum, & dicam illi: Pater peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus: fac me, sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens, uenit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè *esset, uidit illum pater suus, & misericordia motus est. Et occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò, proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calciamenta in pedes eius: & adducite uitulum‡ saginatum, & *occidite, & mãducemus, & *epulemur, quia hic filius meus mortuus erat,

*abesset,

‡*illum*

*mactate,

*lætemur,

& reuixit:perierat,& inuentus eſt. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro:& cùm ueniret,& appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam & chorum,& uocauit unum de ſeruis,& interrogauit, quæ hæc eſſent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit,& occidit pater tuus uitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit. *Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus,cœpit rogare illum. At ille reſpondens patri ſuo, dixit: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui,& nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer, ſed poſtquam hic filius tuus,qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti ei uitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi :Fili,tu ſemper mecum es,et omnia mea tua ſunt,epulari autem & gaudere oportebat,quia frater tuus hic mortuus erat,et reuixit:perierat,& inuentus eſt.]

*Iratus

De correptione fraterna. *Mat.* 18. *Lucæ* 17. CAP. XCV.

1. ATtendite uobis. M. [Si autem peccauerit in te frater tuus,uade et corripe L. & increpa illum M. inter te & ipſum ſolum. Si audierit te, L. & *pœnitentiam egerit, dimitte illi, M. & lucratus

*reſipuerit,

B erâtus es fratrem tuum. L. Et si septies
in die peccauerit in te, & septies in die ad *Leu. 19. d*
te conuersus fuerit, dicens: Pœnitet me. *Deu. 19. b*
Dimitte illi. M. Si autem te non audie- *Ecc. 19. b*
rit, adhibe tecum adhuc unum uel duos,
ut in ore duorum testium, uel trium stet
omne uerbum. Quòd si non audierit eos,
dic Ecclesiæ. Si autem & Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut ethnicus & publica-
nus. Amē dico uobis, quæcunq; alligaue-
ritis super terram, erunt ligata & in cælis.
C Et quæcunq; solueritis super terram, erūt
soluta & in cælis. Iterum dico uobis, quia
si duo ex uobis cōsenserint super terram,
de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis
à patre meo, qui in cælis est. Vbi enim
sunt duo uel tres congregati in nomine
meo, ibi sum in medio eorum. Tūc acce-
dens Petrus ad eum, dixit: Domine quo-
ties peccabit in me frater meus, & dimit-
tam illi, usque septies? Dixit illi Iesus:
Non dico tibi: usque septies: sed usq; se-
ptuagesies septies.]

De seruo nequam, cui omne debitum dimissum fuerat. *Matt. 18.*

CAPVT XCVI.

[A IDeo asimilatū est regnum cælorum
homini regi, qui uoluit rationē ponere
cum seruis suis. Et cùm cœpisset rationē

ponere, oblatus est ei unus, qui debebat decem milia taléta. Cùm autem non haberet unde redderet, iusſit eum Dominus uenundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & * reddi. Procidens auté ſeruus ille rogabat eum, dicens: ‡ Patiétiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & * debitũ dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit unũ de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenẽs ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius ‡ rogabat eum, dicens: Patientiam habe, in me, & omnia reddam tibi. Ille autẽ noluit, ſed abiit, & miſit eũ in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius, quæ fiebant, cõtriſtati ſunt ualde: & uenerunt & narrauerũt domino ſuo omnia, quæ facta fuerant. Tunc uocauit illum Dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nónne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet uniuerſum debitũ. Sic & pater meus cæleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris. ‡]

* ſolutioné fieri.
‡ *Domine*
* mutuũ
‡ *ad pedes eius*
‡ *delicta eorum*

De

De Christi aduentu in fines Iudææ: & ut discipuli nõ timeant eos qui corpus occidũt. *Mat.19. Mar.10. Luc.12.* CAP. XCVII.

M A ET factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos migrauit à Galilæa, & ⌈ uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi: R. & sicut consueuerat, B iterũ docebat eos. L. Multis autem turbis *circunstãtibus, ita ut seinuicem conculcarẽt, cœpit dicere ad discipulos suos: ⌈ Attendite ‡ à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum C est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine *dicentur. Et quod in aure locuti estis in *cubiculis, prędicabitur in tectis. Dico autẽ uobis amicis meis: Ne terreamini ab iis, qui occidũt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem uobis, quẽ timeatis. Timete eum, qui postquã occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita uobis dico, hunc timete. Nónne quinq; passeres uæneũt * dipõdio, & unus ex illis non est in obliuione coram Deo, nec cadit in terrã sine patris uestri uoluntate? Sed & capilli capitis uestri oẽs nu-

* concurrentibus, ‡ *uobis ipsis* * audientur. *penetralibus, *asſiculis duobus,

merati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores, & * pluris estis uos. D Dico autem uobis: Quicunq; me cõfessus fuerit coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur eum coram angelis Dei.] Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis Dei. Et omnis, qui dixerit uerbum in filium hominis, remittetur illi. Si autem in Spiritu sanctum blasphemauerit, non remittetur ei. Cùm autem inducent uos in synagogas, & ad magistratus, & potestates: nolite soliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora, quid oporteat uos dicere.

*præstatis

De causa dimittẽdi uxorẽ. *Mat.19. Mar.10. Luc.16.* CAP. XCVIII.

M.[ET accesserunt Pharisæi tentantes eũ, atq; dicentes: Si licet homini dimittere uxorem quacũq; ex causa? R. At ille respondens, ait: Quid uobis præcepit
Gene. 1.d Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudii scribere, & dimittere. M. Qui respondens, ait illis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio creatu-
Gene. 2.d ræ, masculum & fœminã fecit eos? Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt

erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi:
B Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, R. & scripsit uobis præceptum istud. M. Ab initio autem non fuit sic. R. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerũt eum. Et ait illis: M. Dico autẽ uobis, quia quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. R. & adulterium committit super eam. L. Et qui dimissam à uiro duxerit, mœchatur. R. Et si uxor dimiserit uirum suum, & alii nupserit, mœchatur. M. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit: Nõ omnes capiunt
D uerbũ istud, sed quibus datum est.] Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui semetipsos castrauerunt, propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

Deu. 24. a

De paruulis oblatis Domino.

Matth. 19. Mar. 10. Lucæ 18.

CAPVT XCIX.

Tunc

M TVnc oblati ſunt ei paruuli infantes, A ut tãgeret eos, & manus imponeret & oraret. L. Quod cùm uiderẽt diſcipuli, increpabant illos, R. & comminabantur offerentibus. Quos cùm uidiſſet indignè tulit. L. Ieſus autem conuocans illos, dixit eis: M. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite prohibere eos, talium eſt enim regnum cælorum. L. Et dixit: Amen dico uobis, quicunq; non acceperit regnũ Dei ut puer, non intrabit in illud. R. Et complexus illos, & imponens manum ſuper eos, benedicebat illos. M. Et cum impoſuit eis manus, abiit inde.

De adoleſcente quærente, quid faciendo uitam æternam poſſideret. *Matth.* 19. *Mar.* 10. *Lucæ* 18. CAP. C.

M. [ABiit inde Ieſus. R. Et cùm egreſſus eſſet in uia, ecce unus princeps præcurrens, & accedens genu flexo ante eum interrogabat, & rogabat illũ, dicens: M. Magiſter bone, quid boni faciã ut habeã uitam æternam? Dixit ei Ieſus: Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus. Si autem uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. R. Præcepta noſti? M. Dicit illi:
Exo. 20. c Quæ? Ieſus autem dixit illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum,

B furtum, Non falsum testimonium dices, R. Ne fraudem feceris. M. Honora patrẽ tuum, & matrem tuam. Diliges proximũ tuum, sicut teipsum. Dixit illi adolescens: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest? R. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum. L. Quo audito Iesus ait: Adhuc unum tibi deest. M. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & ueni & sequere me.]
C Cùm autem audisset adolescens uerbum, abiit tristis & mœrens. Erat enim habens multas possessiones, & diues ualde. L. Videns autem Iesus tristẽ factum, ait discipulis suis: Quàm difficile qui pecuniam habent in regnum Dei intrabunt!

Quàm difficile sit diuiti, intrare in regnum cælorum. *Math.19. Luc.18. Mar.10.* CAP. CI.

M
D AMen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. R. Discipuli autem obstupescebant in uerbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis:
E Filioli quàm difficile est, confidentes in pecuniis in regnum Dei introire! M. Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis au-

tem his diſcipuli mirabantur ualde. R. Quidam qui hoc audiebant, magis admirabantur, dicentes ad ſeipſos: L. Et quis poteſt ſaluus fieri? R. Et intuens illos Ieſus, ait illis: M. Apud homines hoc impoſſibile eſt, ſed apud Deum omnia poſsibilia ſunt. L. Quæ impoſsibilia ſunt apud homines, poſsibilia ſunt apud Deum.

De Præmio relinquentis omnia, & Chriſtum ſequentis. *Matt.* 19. *Mar.* 10. *Luc.* 18. CAP. CII.

M TVnc reſpondens Petrus, cœpit ei dicere: [Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Reſpondens Ieſus, ait eis: Amen dico uobis, quòd uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël. Et omnis qui reliquerit domũ, uel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, R. cum perſecutionibus propter me, & propter euangelium, M. & propter nomen meum, L. & regnũ Dei, M. centuplum R. nunc in tẽpore hoc: L. & multo plura etiam in ſeculo futuro, uitam æternam M. poſsidebit.] Multi autem erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi.

De

De denario diurno operariorũ in uineã missorũ. *Mat. 20.* CAP. CIII.

A Simile est regnũ cælorũ homini patrifamiliâs, qui exiit *primo mane cõducere operarios in uineã suã. Conuentione autẽ facta cũ operariis ex denario * diurno, misit eos in uineã suã. Et egressus circa horã tertiam, uidit alios stãtes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineam B meã, & quod iustũ fuerit, dabo uobis. Illi autẽ abierũt. Iterum autẽ exiit circa horã sextã & nonã, & fecit similiter. Circa undecimã uerò ‡ exiit, & inuenit alios stantes, ‡ & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicũt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineã meã. ‡ Cùm autem sero factũ esset, dicit Dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens à nouissimis usq; ad primos. Cùm uenissent ergo, qui circa undecimam horam uenerãt, acceperũt *singulos denarios. Venientes autẽ & primi, arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmura- C bãt aduersus patremfamiliâs, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares nobis illos fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. At ille respondens uni eorũ, dixit:

*ipso statim dilaculo

*in diem

‡ *horam*

‡ *otiosos,*

‡ *et quodcunq; fuerit iustum accipietis*

* singuli denariũ.

dixit: Amice, non facio tibi iniuriã: Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. * Aut non licet mihi quod uolo ‡ facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi.]

*An

‡ *in his, quae mea sunt*

De Villico iniquitatis. *Lucae 16*

CAPVT CIIII.

[DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo quidã erat diues, qui habebat *uillicum. Et hic * diffamatus est apud illum, * quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuae. Iam enim non poteris uillicare. Ait autẽ uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationẽ? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cùm amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quãtum debes domino meo? At ille dixit: Centũ *cados olei. Dixitq; illi: Accipe * cautionem tuam, & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uerò quantum debes? Qui

*dispensatorem

* delatus

*ueluti dissipãs facultates.

* batos

*literam

ait:

ait:Centum coros tritici.Ait illi: Accipe
literas tuas,& ſcribe octoginta.Et lauda-
uit dominus uillicũ iniquitatis, quia pru-
denter feciſſet, quia filii huius ſeculi pru-
dentiores filiis lucis in generatione ſua
B ſunt.Et ego uobis dico:Facite uobis ami
cos de mammona*iniquitatis,ut cũ defe- *iniuſti-
ceritis, recipiãt uos in æterna tabernacu- tiæ,
C la. ⁊Qui fidelis eſt in minimo, & in*ma- *multo
iori fidelis eſt.Et qui in*modico iniquus *mini-
eſt,& in maiori iniquus eſt.Si ergo in ini mo
quo mammona fideles non fuiſtis, quod
uerum eſt,quis credet uobis?Et ſi in alie-
no fideles nõ fuiſtis,quod ueſtrũ eſt, quis
D dabit uobis?Nemo ſeruus poteſt duobus
dominis ſeruire. Aut enim unũ odiet,&
alterũ diliget,aut *uni adhærebit, & alte- *unum
rum cõtemnet.Non poteſtis Deo ſeruire ample-
& mammonæ. Audiebant autem omnia ctetur,
hæc Phariſæi, qui erant auari, &*deride- * ſubſan-
bant illum.Et ait illis:Vos eſtis,qui iuſti- nabant
ficatis uos coram hominibus. Deus autẽ
nouit corda ueſtra:quia quod hominibus
altum eſt, abominatio eſt apud Deum.
E Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem:ex eo
† regnum Dei euangelizatur,& omnis in †*tempore*
illud uim facit. Facilius eſt enim cælũ &
terram præterire, quàm de lege unũ api-
F cem cadere. Omnis qui dimittit uxorem

n ſuam,

omnis ſuam,& ducit alteram,mœchatur.Et* qui
dimiſſam à uiro ducit,mœchatur.

De diuite epulone. *Luc.16.* CA.CV.

HOmo quidam erat diues, qui indue A
batur purpura & byſſo, & epulaba-
tur quotidie ſplẽdidè.Et erat quidã men-
*porre- dicus nomine Lazarus, qui * iacebat ad
ctus erat ianuam eius ulceribus plenus, cupiens ſa-
ad ueſti- turari de micis, quæ cadebant de menſa
bulum diuitis,& nemo illi dabat.Sed & canes ue-
niebant,& lingebant ulcera eius. Factum
eſt autem,ut moreretur mendicus, & por-
taretur ab angelis in ſinũ Abrahæ. Mor-
tuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in
inferno.Eleuans autem oculos ſuos,cum
eſſet in tormentis, uidit Abraham à lon-
ge,& Lazarum in ſinu eius. Et ipſe cla-
mans, dixit: Pater Abrahã miſerere mei,
& mitte Lazarum,ut intingat extremum
digiti ſui in aquam,ut refrigeret linguam
meam,quia crucior in hac flamma. Et di
xit illi Abraham: Fili recordare,quia re-
cepiſti bona in uita tua,& Lazarus ſimili-
ter mala. Nunc autem hic conſolatur,tu
*ſuper uerò cruciaris. * Et in his omnibus,inter
hæc oĩa nos & uos * chaos magnũ firmatũ eſt, ut
*uora- hi qui uolũt hinc tranſire ad uos, nõ poſ
go ſint:neq; inde huc tranſmeare. Et ait:Ro-
go te ergo pater, ut mittas eũ in domum
patris

patris mei. Habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniāt in hūc locū tormētorum. Et ait illi Abraham: Habēt Moysen & prophetas, audiāt illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiā agēt. Ait autē illi: Si Moysen & ꝓphetas nō audiūt, neq; si qs ex mortuis resurrexerit, credēt] [*Post hæc iuit Iesus cum discipulis suis trās Iordanem, ubi primo Ioannes baptizabat.*]

De suscitatiōe Lazari. *Ioā.* 11. C. CVI.

[A ERat autē quidā * languēs Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororū eius. Maria autē erat, quæ unxit Dominū unguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce, quem amas, infirmatur. Audiens autem IESVS, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortē, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autē IESVS Marthā, & sororē eius Mariā, & Lazarū. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tūc quidē mā-sit in eodē loco duobus diebus. [*ubi Ioannes baptizauerat.*] Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi nūc quærebāt te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc?

*qui infirmabatur

Respondit IESVS: Non'ne duodecim horę sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucē huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nō est in eo. Hæc ait, & post hoc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed uado, ut à somno exuscitē illum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit, saluus erit. Dixerat autē IESVS de morte eius. Illi autē putabant, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit IESVS manifestè: Lazarus mortuus est: sed gaudeo propter uos, ut credatis, quia non erā ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas (qui dicitur Didymus) ad cōdiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit igitur IESVS, & inuenit eum quatuor dies in monumēto iam habentē. Erat autē Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadiis quindecim. Multi autē ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha autem ut audiuit, quia IESVS uenit, occurrit ei. Maria autem domi sedebat. ¶ Dixit autem Martha ad IESVM: Domine si fuisses hîc, frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcūq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi IESVS: Resurget frater tuus.

Dicit

Dicit ei Martha:Scio,quia resurget in re-
surrectiōe in nouissimo die.Dicit ei IE-
D SVS:Ego sum resurrectio & uita:Qui cre
dit in me,etiā si mortuus fuerit, uiuet. Et
omnis,qui uiuit,& credit in me,non mo-
rietur in ęternū.Credis hoc? Ait illi. Vtiq;
E Domine.Ego credidi,quia tu es Christus
filius Dei uiui,qui in hūc mūdū uenisti.
Et cū hęc dixisset, abiit,& uocauit Mariā
F sororē suā *silentio,dicēs:Magister adest, *clancu-
& uocat te. Illa autem ut audiuit,surrexit lum,
cito,& uenit ad eū. Nondū enim uenerat
IESVS in castellū, sed adhuc erat in illo
loco,ubi occurrerat ei Martha. Iudęi igi
tur,qui erāt cū ea in domo,& cōsolaban-
tur eam,cùm uidissent Mariam,quia cito
surrexit & exiit, secuti sunt eam,dicentes:
Quia uadit ad monumentū,ut ploret ibi.
Maria ergo cū uenisset ubi erat IESVS,
uidens eum,cecidit ad pedes eius, & dixit
ei:Domine si fuisses hîc, frater meus non
fuisset mortuus.IESVS autē ut uidit eam
plorantē,& Iudæos, qui uenerant cum ea
plorantes, fremuit spiritu, & turbauit se-
metipsum,& dixit:Vbi posuistis eum? Di
cunt ei:Domine ueni,& uide. Et lacry-
matus est IESVS. Dixerunt ergo Iudæi:
Ecce quomodo amabat eum. Quidā au-
tem ex ipsis dixerūt:Nō poterat hic (qui

oculos cæci aperuit) facere, ut & hic non moreretur? IESVS ergo fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superimpositus erat ei. Ait IESVS: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius, qui fuerat mortuus: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei IESVS: Non'ne dixi tibi: Si credideris, uidebis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. ‡ IESVS autē eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum, qui circunstat, dixi, ut credāt, quia tu me misisti. Hæc cū dixisset, uoce magna clamabat: Lazare ueni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligat⁹ manus & pedes* institis. Et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis IESVS: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecit, crediderunt in eum.] Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerūt eis, quæ fecit IESVS.

‡ ubi erat is, qui mortuus fuerat, positus.

*fasciis sepulcralibus.

De conspiratione facta contra Iesum, & eius egressu in Ephrem. *Ioan.* 11. CAP. CVII.

COllegerūt ergo * pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid fac

* principes sacerdotū

facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & uenient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis: quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset ponti-
B fex anni illius, prophetauit. Quia IESVS moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, cõgregaret in unum. Ab illo ergo die * cogitauerunt, ut interficerent eum. IESVS autem iam non in palàm ambu- *consultauerũt,
labat*apud Iudæos: sed abiit ‡ in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quę dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum di- *inter ‡ illinc
C scipulis suis.] Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. Quærebant ergo IESVM, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid * putatis, *uidetur uobis,
quia non uenit ad diem festum istum?
D Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit, ubi sit, indicet: ut apprehendant eum.

De regreſſu ei⁹ ab Ephrē in Hieruſalē. Mat.20. Mar.10. Luc.18. C.CVIII.

R. ERant autem in uia aſcendentes Hie A
roſolymam, & præcedebat illos IE-
SVS: & ſtupebant, & ſequentes timebant.
M. [Et aſcendens IESVS Hieroſoly-
mam, aſſumpſit iterum duodecim diſci-
pulos ſuos, & ſecreto cœpit eis dicere, quę
eſſent ei uētura. Et ait illis: L. Ecce aſcen-
dimus Hieroſolymam, & conſummabun
tur omnia, quę ſcripta ſunt per prophetas
de filio hominis. R. Tradetur enim prin-
cipibus ſacerdotum, & Scribis, & ſeniori-
bus, M. & condemnabunt eum morte.
Et tradent illū gentibus ad illudendum, C
& flagellandum, & crucifigendum, L. &
conſpuetur. Et poſtquam flagellauerint,
occident eum, & tertia die reſurget.] Et
ipſi nihil horum intellexerūt. Et erat uer
bum iſtud abſconditum ab eis, & non in-
telligebant, quæ dicebantur.

De decem leproſis ſanatis in uia. Luc.17. CAP. CXIX.

‡ & ipſe ET factū eſt [dum iret in Hieruſalē A
‡ tranſibat per mediā Samariam &
Galilæā. Et cùm ingrederetur quoddam
caſtellum, occurrerūt ei decē uiri leproſi.
Qui ſteterunt à longe, & leuauerunt uo-
cem, dicentes: IESV præceptor miſerere
noſtri.

nostri. Quos ut uidit, dixit: Ite, ostendite
uos sacerdotibus. Et factū est, dum *irent, *abirent
B mundati sunt. Vnus autē ex illis, ut uidit,
quia mundatus est: regressus est cum magna
uoce, *magnificans Deum. Et ceci- *glorificans
dit in faciē ante pedes eius, gratias agens.
C Et hic erat Samaritanus. Respondens autem IESVS, dixit: Non'ne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuētus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.]

De non receptione Christi per Samaritanos. *Luc. 9.* CAP. CX.

A FActum est autem, dum complerētur dies assumptionis eius, & ipse faciē suam firmauit ut iret in Hierusalē, & misit nuntios ante conspectū suum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi: & non receperunt
B eum, quia facies eius erat euntis ‡ in Hierusalem. ‡ *recta* Cùm autem uidissent discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine uis dicamus ut ignis descendat de cælo, & consumat eos? sicut & Helias fecit. *4. reg. 1. c* Et conuersus increpauit eos, dicens:
C Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare: Et abierunt in aliud castellum.

De petitione filiorũ Zebedæi.

Matt. 20. *Mar.* 10. CAP. CXI.

TVnc ſ acceſsit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo. R. Et accedũt ad eum filii Zebedæi, Iacobus & Ioãnes, dicentes: Magiſter uolumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerũt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua. M. Reſpondens autem IESVS, dixit eis: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere *calicem, quem ego *bibiturus ſum? R. Aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus. M. Ait illis IESVS: Calicem quidem meum bibetis, R. & baptiſmo, quo baptizor, baptizabimini: M. ſedere autem ad dexteram uel ſiniſtram meam, non eſt meum dare uobis: ſed quibus paratũ eſt à patre meo. Et audientes decẽ, indignati ſunt de duobus fratribus, Iacobo & Ioanne. IESVS autem uocauit eos ad ſe, & ait illis: Scitis, quia principes gentiũ, R. & hi, qui uidẽtur principari gẽtib⁹, dominãtur eis: M. et qui

*poculũ
*bibo?

*ma

*maiores ſunt, poteſtatē exercent in eos. *magni
Non ita erit inter uos. Sed quicunq; inter uos uoluerit maior fieri, ſit ueſter miniſter. Et quicunque uoluerit inter uos pri-
G mus eſſe, erit ueſtrum omnium ſeruus. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare: & animam ſuam dare in redemptionem pro multis.]

De illuminatione cæci, ante ingreſſum in Hierico: & de Zachæo, & de decē mnis. *Luc. 18. & 19. Mar. 10.* CAP. CXII.

[I. A FActum eſt autē, cùm appropinquaret IESVS Hierico, cæcus quidam ſedebat ſecus uiam, mēdicans. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. *Dixerunt autem ei, quòd IESVS Nazarenus tranſiſſet. Et clamauit: IESV fili Dauid, miſerere mei. Et qui præibāt, increpabant eum, ut taceret. Ipſe uerò multò magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem IESVS, iuſsit illū adduci ad ſe. Et cùm appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid uis, ut faciā tibi? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et IESVS dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit, & ſequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudē Deo.] *Renunciarunt

Luc.19. R. Et uenerunt Hiericho. L. [Et ingressus
De Zachaeo. perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zacheus:& hic erat Princeps Publicanorū,& ipse diues. Et quaerebat uidere B
IESVM,quis esset:& nō poterat prae turba,quia statura pusillus erat. Et praecurrens, ascēdit in arborem*sycomorum, ut
*ficum Aegyptiam
uideret illum,quia* inde erat transiturus.
*illac
Et cùm uenisset ad locū, suspiciens IESVS, uidit illum, & dixit ad eum: Zachaee, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cùm uiderent, omnes murmurabant, dicentes:quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachaeus,dixit ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus:& si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplū. Ait IESVS ad eum:Quia hodie domui huic salus facta est,eo quòd & *ipse filius sit Abrahe. Venit enim filius hominis, quaerere & saluū facere, quod perierat.] Haec illis audiētibus adiiciens para- C
*ipsa filia
bolam,dixit, eo quòd prope Hierusalem esset,& quia existimarēt,quòd confestim
Parabola decem mnarum. regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: [Homo quidam nobilis abiit in regionē longinquam accipere sibi regnum, & reuerti

D uerti. Vocatis antē decem seruis suis, dedit illis decem mnas, & ait illis: Negotiamini, *dum uenio. Ciues autem eius oderant illum, & miserūt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est cùm rediret, accepto regno: iussit uocari ‡ seruos, quibus dederat pecuniam, ut sciret, *quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone, quia in *modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, ecce mna tua, quā habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod nō posuisti: & metis, quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequam. Sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod nō posui, & metens, quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniā meam ad mensam, & ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illam? Et adstantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date ei, qui decē mnas habet. Et dixerūt illi: Domine, decē mnas habet. Dico autem uobis, quia omni habenti,

*donec ueniam.

‡ *ad se*

*quicquid

*minimo

benti, dabitur: & abundabit. Ab eo autem qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo.] Veruntamē inimicos meos, illos qui B noluerūt me regnare sup se, adducite huc & interficite ante me. Et iis dictis praecedebat, ascendens Hierosolymam.

De duobus caecis in egressu Hierico illuminatis. *Mat.20.* C.CXIII.

ET egredientibus illis ab Hierico, se A cuta est cum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes secus uiam, audierunt quòd IESVS transiret. Et clamauerūt, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autē increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicētes: Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et stans IESVS, uocauit eos, ut ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum IESVS, tetigit oculos eorum. Et confestim *uiderunt, & secuti sunt eum.

*uisum recepe-runt oculi eorum,

De Bartimaeo caeco inter Hierico & Bethaniā illuminato. *Mar.10.* CAPVT CXIIII.

ET proficiscente eo de Hierico, & di A scipulis eius, & plurima multitudine, filius Timaei Bartimaeus caecus sedebat iuxta uiā mendicans, Qui cùm audisset, quia IESVS Nazarenus est, coepit clamare,

mare,& dicere: I E S V fili Dauid, miserere mei. Et comminabantur ei multi, ut taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Et stans I E S V S, præcepit illum uocari. Et uocant cæcum, dicentes ei: *Animæquior esto, surge, uocat te. *Bono animo
Qui proiecto uestimēto suo, exiliens uenit ad eum. Et respondens I E S V S, dixit illi: Quid tibi uis faciam? Cæcus autē dixit ei: Rabboni, ut *uideam. I E S V S ait *uisum recipiā.
illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et statim uidit, & sequebatur eum in uia.

Quādo post reditum ab Ephrem uenit Dominus Bethaniā. *Io. 12.*

CAPVT CXV.

C IESVS ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniā, ubi Lazarus fuerat mortuus, quē suscitauit à mortuis I E S V S. [Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & uenerunt, non propter I E S V M tantùm, sed ut Lazarū uiderent, quem suscitauit à mortuis.] [*Cogitauerūt autē *Consultauerunt
Principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in I E S V M.

De sessione aselli. *Mat. 20. Luc. 19. Mar. 11. Ioan. 12.*

CAP. CXVI. *Dominica in ramis Palmarum.*

A IN crastinū M. [cùm appropinquassent Hierosolymis, & uenissent. Bethphage ad

ad montem Olíueti : tunc IESVS misit
duos discipulos [*Petrũ et Philippũ*] dicés
*pagum, illis:Ite in *castellum,quod contra uos est.
L. In quod introëuntes, M. statim inue-
nietis asinã alligatam, L. & pullum asinæ
alligatum M. cum ea, L. cui nemo unquã
hominũ sedit. Soluite illum, & adducite.
Et si quis uos interrogauerit, Quare sol-
uitis? sic dicetis ei:Quia M. Dominus his
opus habet. Et cõfestim dimittet eos. Hoc
‡ totum autem ‡ factum est,ut adimpleretur quod
dictum est per prophetã,dicentem:Dicite
Zach. 9.b filiæ Sion, I. Noli timere filia Sion:Ecce
Esa.69.d Rex tuus uenit M. tibi mansuetus,sedens
[*successiuè*] super asinam, & pullũ filium
I. asinæ M. subiugalis. I. Hæc nõ cogno-
uerunt discipuli eius primùm:sed quando
glorificatus est IESVS, tũc recordati sunt,
quia hæc scripta erant de eo, & hæc fece-
runt ei. M. Euntes autẽ discipuli,fecerunt
sicut præcepit eis IESVS, R. & inuenerũt
pullum alligatum ante ianuam foris in bi
uio,& soluerunt eum. L. Soluentibus autẽ
illis pullum, dixerũt domini eius ad illos:
Quid soluitis pullũ? At illi dixerunt, R. si-
cut præcepit eis IESVS: L. quia Dominus
*eo opus habet. *eum necessarium habet. R. Et dimiserũt
eos. M. Et adduxerunt asinam & pullum,
& imposuerunt super eos uestimenta sua,
&

& eum *desuper sedere fecerunt. *super illa

De gloriosa Christi susceptione in die palmarum. *Matth. 21. Io. 12. Lucæ 19. Mar. 11.* CAP. CXVII.

[I. EVnte autem illo, M. plurima turba I.
L. quæ uenerat ad diẽ festũ, cùm audis-
A set quia IESVS uenit Hierosolymã, processerunt obuiã ei. M. Et strauerũt uestimenta sua in uia: alii ramos I. palmarum, R. & frondes M. de arboribus cædebãt, & sternebant in uia. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant,
B dicẽtes: *Osanna filio Dauid: Benedictus qui uenit in nomine Domini.] R. Et benedictũ, quod uenit regnum patris nostri Dauid: Osanna in excelsis. L. Et cùm appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum uoce magna super omnibus, quas uiderant, uir-
C tutibus, dicentes: Benedictus qui uenit rex in nomine Domini: pax in cælo, et gloria in excelsis, I. & benedictus qui uenit in nomine Domini Rex Israël. Testimoniũ ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis: propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo

Psal. 117. d

*saluum fac obsecro filiũ Dauid:

dixerũt ad semetipsos: Videtis quia nihil
proficimus? Ecce mundus totus post eam
abiit. L. Et quidam Pharisæorũ de turba
dixerunt ad illum: Magister, increpa disci
pulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, D
quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

De fletu Iesu super Hierusalẽ, & eiectione uendentium. *Matt. 21. Mar. 11. Luc. 19.* CAP. CXVIII.

L. [ET ut appropinquauit, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia
si cognouisses & tu. Et quidem in hac die
tua, quę ad pacẽ tibi. Nunc autem abscon-
dita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies
in te, & circundabunt te inimici tui uallo.
Et circundabunt te, & coangustabunt te
*solo æquabunt undiq;, & *ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent B
in te lapidem super lapidem, eo quòd non
cognoueris tẽpus uisitationis tuæ. R. Et
introiuit Hierosolymã. M. [Et cùm intrasset, commota est uniuersa ciuitas, di-
*Turbæ cens: Quis est hic? *Populi aũt dicebant: F
Hic est IESVS propheta à Nazareth Ga-
lilææ. Et intrauit IESVS in templũ Dei,
& eiiciebat omnes uendentes & ementes
Esa. 56.c in illo de templo, & mensas nummulario-
rum, & cathedras uendentium columbas,
euertit: & dixit eis: Scriptũ est, M. L. Quia
dom

domus mea, domus orationis uocabitur:
Vos autem fecistis eam speluncam latro- *Hier.7.b*
D num. M. Et accesserunt ad eum cæci, &
claudi in templo,& sanauit eos. Videntes
autem Principes sacerdotũ mirabilia quæ
fecit,& pueros clamantes in templo,& di-
cẽtes: Osanna filio Dauid:indignati sunt,
& dixerũt ei: Audis quid isti dicunt? IE-
SVS autem dixit eis:Vtiq;. Nunquam le-
gistis: Ex ore infantium, & lactentium *Psal.8.b*
perfecisti laudem? L. Et erat quotidie do-
E cens in templo.] Principes autẽ sacerdo-
tum,& Scribæ, & Principes plebis,quære-
bant illum perdere, & non inueniebant,
quid facerent ei. Omnis enim populus
*suspensus erat,audiens illum. *pendebat,

De gentibus quęrentibus uidere Iesum. *Mat.21.Mar.11.Io.12.* C.CXIX.

ERant autem *Gentiles quidã ex iis, *Græci
I. qui ascenderant, ut adorarent in die
A festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum,
qui erat à Bethsaida Galilææ,& rogabant
eum,dicentes:Domine,uolumus IESVM
uidere. Venit Philippus, & dixit An-
dreæ. Andreas rursum & Philippus dixe-
runt IESV. IESVS autem respondit eis,
dicens: Venit hora,ut *clarificetur filius *glorifi-
hominis. [Amen, amen dico uobis, nisi cetur
granum frumenti cadens in terram,mor-

tuum fuerit,ipſum ſolum manet. Si autem
mortuum fuerit, multum fructum adfert.
Qui amat animã ſuam, perdet eam:& qui
odit animam ſuam in hoc mundo, in ui-
tam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi
miniſtrat,me ſequatur : & ubi ego ſum il-
lic & miniſter meus erit.Si quis mihi mi-
niſtrauerit,honorificabit eũ pater meus.]
Nunc anima mea turbata eſt. Et quid di- C
cam ? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed
propterea ueni in hanc horam. Pater,cla-
rifica nomen tuũ.Venit ergo uox de cæ-
lo,dicens:Et clarificaui, & iterum clarifi- D
cabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat,
dicebat tonitruum factum eſſe.Alii dice-
bant : Angelus ei locutus eſt. Reſpondit
IESVS, & dixit:Non propter me uox
hæc uenit, ſed propter uos. [Nunc iudi- E
cium eſt mundi. Nunc Princeps huius
mundi eiicietur foras.Et ego ſi exaltatus
*omnes fuero à terra, *omnia traha ad me ipſum.
Hoc autem dicebat,ſignificans qua mor-
te erat moriturus. Reſpõdit ei turba:Nos
Pſa.109.b audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet
in æternum. Et quomodo tu dicis:Opor-
tet exaltari filiũ hominis? Quis eſt iſte fi-
Pſa.116.a lius hominis?Dixit ergo eis IESVS:Ad- F
huc modicũ lumen in uobis eſt.Ambula-
te dum lucem habetis,ut non tenebræ uos

comp

comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadit. Dum lucem habetis, credite in lucé, ut filii lucis sitis. Hæc locutus est IESVS, & abiit, & abscondit se
G ab eis. M. Relictis illis, R. & circũspectis omnibus, cùm iam uespera esset hora, M. abiit extra ciuitatem in Bethaniã R. cum duodecim, M. ibiq; mansit.] L. Erat autẽ diebus docens in templo: noctibus uerò exiens, morabatur in monte, qui uocabatur Oliueti. [*In Bethania, in radice huius sita.*] Et omnis populus manè ibat ad eũ, in templo audire eum.

De ficus maledictione: & de tertia eiectione uendentiũ. *Mar.11. Matth.21* Et de Pharisæo, & Publicano. *Lucæ 18.* CAP. CXX.

L. A ET alia die [*feria secũda*] cùm exiret de Bethania M. manè reuertens in ciuitaté, esuriit. Cumq; uidisset à longe ficũ secus uiã, habenté folia, uenit ad eã, si quid fortè in ea inueniret. Et cũ uenisset ad eã, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorũ. Et respondens dixit M. illi: *Nunquã ex te fructus nascatur in æternũ. *Non ultrà
B Et arefacta est cõtinuò ficulnea. R. Et ueniunt Hierosolymã. Et cùm introisset in templũ cœpit eiicere uẽdentes & ementes in tẽplo, & mensas nũmulariorũ, & cathe-

dras uēdentium columbas euertit. Et non
ſinebat, ut quiſquam transferret uas per
templum: & docebat, dicens eis: Non'ne
ſcriptum eſt, quia domus mea domus ora-
tionis uocabitur cunctis gentibus? Vos
autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.
Quo audito, principes ſacerdotum, & ſcri
bæ quærebant, quomodo eum perderent:
timebant enim eum: quoniam uniuerſa
turba admirabatur ſuper doctrina eius. L.
[Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe
*quòd eſſent — confidebant *tanquam iuſti, & aſperna-
bantur cæteros, parabolam iſtam, dicens:
Duo homines aſcenderunt in templum ut
orarent, unus Phariſæus, & alter Publica-
Parabola de Phariſæo, & Publicano. — nus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat:
Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut
cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulte-
ri, uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis
in ſabbato, decimas do omnium quæ poſ-
ſideo. Et publicanus à longè ſtans, no-
lebat nec oculos ad cælum leuare, ſed per-
cutiebat pectus ſuum, dicens: Deus pro-
pitius eſto mihi peccatori. Dico uobis,
deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam
*magis certe quā ille. — *ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat, humi- D
liabitur, & q ſe humiliat, exaltabitur.] R.
Et cùm ueſpera facta eſſet, egrediebatur
de ciuitate. [*Hieruſalem in Bethaniam.*]
Do

De admiratione discipulorum super ficus arefactione. *Mat. 21. Marci 11.* CAP. CXXI.

[R. ET cùm mane [*scilicet feria tertia*] trãsirent, uiderũt discipuli ficũ aridã
A factam à radicibus, & M. mirati sunt, dicẽtes: Quomodo cõtinuò aruit? R. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respõdẽs Iesus, ait il-
B lis: Habete fidẽ Dei. M. Amẽ dico uobis, si habueritis fidẽ, & nõ hæsitaueritis, nõ solũ* de ficulnea facietis, sed etsi mõti huic dixeritis: Tollere, & iactare in mare: ita fiet. Propterea dico uobis: Omnia quæcũque orantes petitis, credite, quia accipietis,
C & eueniẽt uobis. Et cùm stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cælis est, dimittat uobis peccata uestra.]

*id quod accidit ficui,

De quæstione baptismi Ioannis. *Mat. 21. Mar. 11. Luc. 20.* CAP. CXXII.

R. ET ueniũt rursus Hierosolymã. L. fa-
A ctum est una dierũ, [*scilicet feria tertia*] docẽte illo populũ in tẽplo & euangelizãte, cõuenerunt, M. & accesserunt ad eum docẽtem principes sacerdotum L. & Scribæ, cũ senioribus M. populi, dicentes: In qua potestate hæc facis: & quis dedit tibi hanc potestatẽ, R. ut ista facias? L. Dic

nobis. M. Refpõdens Iefus, dixit: Interro- B
gabo uos & ego unum fermonem: quem
fi dixeritis mihi, & ego uobis dicã, in qua
poteftate hæc facio: Baptifmus Ioannis
unde erat, de cælo, an ex hominibus? R.
Refpondete mihi. M. At illi cogitabant
L. intra fe, dicentes: R. Si dixerimus, de
cælo, dicet uobis: Quare ergo non credi- C
diftis illi? Si auté dixerimus, ex homini-
bus, timemus M. turbã. Omnes enim ha-
bent Ioanné ficut prophetam. Et refpon-
dentes Iefu, dixerunt: Nefcimus. Ait illis
& ipfe. Neque ego dico uobis, in qua po-
teftate hæc facio.

De duobus filiis, quorum unus facit uoluntaté patris. *Mat. 21.*

CAPVT CXXIII.

QVid autem uobis uidetur? Homo A
quidam habebat duos filios, & ac-
cedens ad primum, dixit: Fili, uade hodie
operari in uinea mea. Ille autem refpon-
dens, ait: Nolo. Poftea autem pœnitentia
motus, abiit. Accedens autem ad alterum,
dixit fimiliter. At ille refpondens ait: Eo
domine: Et nõ iuit. Quis ex duobus iftis
fecit uoluntatem patris? Dicunt ei: Pri-
mus. Dicit eis Iefus: Amé dico uobis, quia B
publicani & meretrices præcedent uos in
regnum Dei. Venit auté ad uos Ioannes

in uia

in uia iustitiæ,& non credidistis ei:publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes,nec*pœnitentiã habuistis postea,ut crederetis ei.

*pœnitētia moti fuistis

De parabola locatæ uineæ agricolis. *Mat.21. Mar.12. Luca 20.*

CAPVT CXXIIII.

Esa.5.a Hier.5.d

M. Aliã parabolã audite: L. Homo quidam M.erat paterfamiliâs,qui plãtauit uineã, & sepẽ circundedit ei, & fodit in ea torcular,& lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est L. multis tẽporibus. M. Cùm autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset, L. in tẽpore uindemiæ, M. misit seruos suos ad agricolas, L. ut de fructu uineę darẽt illis.

B M. Et agricolæ apprehensis seruis eius, aliũ ceciderũt, & * dimiserũt uacuũ L. & inanẽ, M. aliũ occiderũt,aliũ uerò lapidauerũt.Iterũ misit alios seruos plures prioribus,& fecerũt eis similiter, R. & in capite L. cædẽtes R. uulnerauerũt,& contu-

*remiserunt

C meliis affecerũt. L. Et addidit alterũ mittere.Qui & illum uulnerãtes,eiecerũt. M. Nouissimè autẽ R. adhuc habẽs unũ filiũ charissimũ, L. dixit dñs uineæ:Quid faciã?Mittã filiũ meũ dilectum. R. Et illum misit ad eos nouissimè, dicens:Quia fortè uerebuntur filium meũ, L. cùm hunc

uiderint. Quem cùm uidissent coloni, cogitauerũt intra se, & R. dixerũt adinuicẽ: M. Hic est hæres, uenite, occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ. Et apprehẽsum eum eiecerunt extra uineã, & occiderunt. Cùm ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? L. Veniet [*dixit Iesus*] D & perdet colonos istos, & dabit uineam aliis. [*hic inferiores*] M. Aiunt illi: Malos malè perdet, & uineã suã locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructũ tẽporibus suis. L. Quo audito, [*superiores*] dixerũt illi: Absit. Ille autẽ respiciens eos, dixit: Quid ergo est hoc, quod scriptum est? R. Nec
Psa.117.d scripturã hanc legistis? Lapidem quẽ re- E probauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris? M. Ideo dico uobis, Quia auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.
Esa.28.d L. Omnis qui ceciderit super lapidẽ istũ, cõquassabitur: super quem autem ceciderit, cõminuet M. & cõteret eũ. Et cùm audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, & mittere in illũ manus in illa hora, timuerũt populum, M. quia sicut prophetam illum habebant.] R. Et relicto eo abierunt.

De ueste nuptiali. *Matt.22.Luc.14.*

CAPVT CXXV.

A ET respondẽs Iesus dixit iterũ in parabolis eis, dicẽs: Simile factũ est regnũ cęlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebãt uenire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia* occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierũt, alius in uillam, alius ad negotiationẽ suã. Reliqui uerò tenuerunt seruos eius, & cõ- *Feria tertia ĩ Hierusalem.* *immolata

B tumeliis affectos occiderunt. Rex autem †cùm audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarũ, &*quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ*discumbẽtiũ. Intrauit autem rex, ut uideret discumbẽtes, & uidit ibi hominẽ non uestitũ ueste nuptiali, & ait illi: Amice quomodo huc intrasti, nõ habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & *†ille* *quotquot* *discumbentibus.*

pedib

pedibus,mittite eum in tenebras exteriores:ibi erit fletus,& ſtridor dẽtium.Multi enim ſunt uocati,pauci uerò electi.]

De tributo reddendo Cæſari.

Matth.22. Mar. 12. Luca 20.

CAPVT CXXVI.

Feria tertia ĩ Hieruſalem.

** illaquearẽt*

M.[TVnc abeuntes Phariſæi conſiliũ inierũt,ut*caperẽt eum in ſermone.L. A
Et obſeruantes miſerunt inſidiatores R.
quoſdã ex Phariſæis M. diſcipulos ſuos cũ
Herodianis, L. qui ſe iuſtos ſimularẽt, R.
ut eum caperent in uerbo, L. & traderent
illũ principatui & poteſtati præſidis. R. B
Qui ueniẽtes L. interrogauerũt eum, dicentes: M. Magiſter ſcimus,quia uerax es L. & recte dicis & doces, M. & nõ eſt tibi cura de aliquo. Nõ enim reſpicis perſonã hominum:R.neq; uides in faciẽ,ſed in ueritate uiam Dei doces. L. Licet nobis da- C
re tributum Cæſari,an non? Conſiderans autem dolũ illorum, & cognita Ieſus nequitia eorũ, M. ait:Quid me tentatis hypocritæ?Oſtendite mihi numiſma cenſus, R.ut uideam.M.At illi obtulerunt ei denariũ.Et ait illis Ieſus:Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio eius? L. Et reſpondentes, dixerũt ei: M. Cæſaris.Tũc ait illis:Red- D
dite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,Deo.] L.Et nõ potuerũt repreh

prehendere uerbum eius corã plebe. M. Et audientes L. mirati sunt in responso eius, & tacuerunt. M. Et relicto eo abierunt.

De muliere, quæ habuit uiros septem. *Math. 22. Mar. 12. Lucæ 20.* CAP. CXXVII.

M A IN illo die accesserũt ad eũ Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionẽ. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister Moyses dixit R. & scripsit nobis, ut si *Deu. 25. b* cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, M. ut frater eius ducat uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta, defun-
B ctus est L. sine filiis. M. Similiter secundus, & tertius, usq; ad septimum, R. habuerunt eam uxorem, L. & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omniũ mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorũ erit uxor? siquidem septem habuerũt eam uxorẽ. R. Et respondens Iesus ait illis. Nónne ideo erratis, nescientes
C scripturas, neq; uirtutem Dei? L. Filii huius seculi *nubunt, & tradũtur ad nuptias. Illi uerò qui digni habebũtur seculo illo & resurrectione ex mortuis, non *nubent, neq; nubẽtur: neq; enim ultra mori poterunt: æquales enim angelis sunt, & filii

*ducunt uxores, *ducent uxores, neq; nuptum dabuntur:

sunt

ſunt Dei, cũ ſint filii reſurrectionis. Quòd
uerò reſurgẽt mortui, & Moyſes oſtendit
*cùm ſecus rubũ: * ſicut dixit Dñm Deũ Abra-
Exo.3.b hã, Deũ Iſaac, & Deũ Iacob. Deus autẽ nõ D
eſt mortuorũ, ſed uiuentiũ. Omnes enim
uiuunt ei. R. Vos ergo multũ erratis. M. Et
*ſtupebant audientes turbæ * mirabantur in doctrina
eius. L. Reſpõdẽtes autẽ quidã Scribarũ, dixerũt ei: Magiſter bene dixiſti. Et amplius
nõ audebant eum quicquã interrogare.

De primo mandato: uidelicet, de dilectione Dei. *Matt. 22. Mar. 12. Lucæ 10. & 13.* CAP. CXXVIII.

M. [*Feria tertia ĩ Hieruſalem.*] Phariſæi autẽ audientes, quòd * ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, cõuenerunt in unum. R. Et acceſsit unus de Scribis, M. legis doctor, R. q audierat illos * cõquirẽtes. Et uidẽs quòd bene illis reſponderit interrogauit, M. tẽtans eum ‡ Magiſter quod eſt mãdatum magnũ R. & primum in lege omnium? Reſpõdit ei Ieſus, quod primũ omniũ mandatũ eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus unus eſt. Et diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota uirtute tua. Hoc eſt primũ M. & maximũ mãdatum. Secundum ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. R. Maius horum aliud mãdatum A

[Margin notes: * os occluſiſſet; * inuicẽ diſputãtes. ‡ et dicẽs,]

non

non est. M. In iis duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. R. Et ait illi Scriba Magister bene in ueritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter ipsum: & ut diligatur ex toto corde, M. & ex tota mente, R. & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. L. & ex totis uiribus. R. Et diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Iesus autem uidens quòd sapienter respõdisset, ait illi: Non longe es à regno Dei. L. Interrogatus autem [*post hoc*] à Pharisæis, quãdo ueniet regnum Dei? Respondens eis, dixit: *Lucæ 17.*
C Non ueniet regnum Dei cum obseruatione, neq; dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra uos est. R. Et nemo iam audebat eum interrogare.]

De interrogatione, Cuius Christus est filius? *Matth. 22. Marci 12. Lucæ 20.* CAP. CXXIX.

M A Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicẽs: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicũt ei, Dauid. R. Et respondens Iesus, dicebat, docẽs in tẽplo. Quomodo dicunt Scribæ Christum filiũ Dauid: ipse enim Dauid dicebat in spiritu sancto: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec *Psa. 109. a*

ponam

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? M. Quomodo ergo Dauid in spiritu L. in libro Psalmorũ M. uocat eũ dominũ, R. & unde, L. & quomodo est filius eius? M. Et nemo poterat responde-re ei uerbum. R. Et multa turba libenter eum audiebat. M. Neq; ausus fuit quisquã eum amplius ex illa die interrogare.

De doctrinis Pharisæorum audiendis. *Mat. 23. Mar. 12. Luca 20.*

CAPVT CXXX.

M.[TVnc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, R. & dicebat eis in doctrina sua: M. Super cathedrã Moysi sederunt scribę & Pharisæi. Omnia quæcũq; dixerint uobis, *seruate, & facite: secundum uerò opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & nõ faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia uerò opera sua faciũt, ut uideantur ab hominibus. L. Attẽdite R. & cauete à Scribis. M. Dilatãt enim phylacteria *sua, & magnificãt fimbrias. R. Volũt in stolis ambulare, M. amãt autẽ primos recubitus in cœnis L. & cõuiuiis, R. primas cathedras ĩ synagogis M. & in primis cathedris sedere in synagogis, & salutationes in foro. R. Qui deuorant

*seruare, seruate:

*uestimẽtorũ suorum,

rant domos uiduarum sub*obtentu proli xæ orationis, L. simulantes longã oratio- nem hi accipient damnationẽ maiorẽ, R. &*prolixius iudicium. M. Amant ab ho- minibus uocari rabbi. Vos autẽ nolite uo cari rabbi. Vnus est em̃ magister uester. Omnes autẽ uos fratres estis. Et patrẽ no lite uobis uocare super terram. Vnus est enim pater uester, qui in cęlis est. Nec uo cemini magistri, qa magister uester unus est Christ⁹. Qui maior est uestrũ, erit mi
D nister uester. Qui autẽ se exaltauerit, hu- miliabitur: & q̃ se humiliat, exaltabitur.]

*præ- textu

*abun- dantius

De uæ multiplici. *Matthæi 23. Lucæ 11. & 13.* CAP. CXXXI.

M
A VAe uobis Scribæ & Pharisæi hypo- critæ, qui clauditis regnũ cælorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introëuntes sinitis intrare. Væ uobis Scri bæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum lõga oratione orãtes, propter hæc* amplius accipietis iudiciũ. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum. Et cùm fuerit factus, facitis eum filiũ gehẽnæ duplo †quã uos.
B Væ uobis duces cæci, qui dicitis: Quicũq; iurauerit per templũ, nihil est: qui aũt iu- rauerit in auro tẽpli, debitor est. Stulti &

Feria tertia in Hierusalem.

*abun- dantius

† *magis*

cæci, quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil est: qui autẽ iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et qui iurat in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum. L. rutam M. & cyminum, L. & omne olus, M. & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, & misericordiã, & fidẽ L. & charitatẽ Dei. Hæc aũt oportuit facere, & illa non omittere. M. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelum autẽ glutiẽtes. L. Væ uobis Pharisæi, qui diligitis * primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ uobis, qui estis ut monumẽta quæ nõ apparẽt, & homines ambulãtes supra, nesciunt [*quid intra sit.*] Respõdẽs autẽ quidam ex legisperitis, ait illi: Magister hæc dicens, etiã nobis cõtumeliã facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, qui oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, et ipsi uno digito nõ tãgitis sarcinas. M. Væ

*præsidentiam

M. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocri
tæ,qui mundatis quod deforis est calicis,
E & paropsidis:intus aũt pleni estis rapina,
&*immũdicia.Pharisęe cæce,mũda prius *iniusti-
quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat tia.
& id,quod deforis est mundũ. Væ uobis
F Scribæ & Pharisæi hypocritæ,qui similes
estis sepulcris * dealbatis, quæ foris appa- * calce
rẽt hominibus speciosa, intus autem sunt illitis,
plena ossibus mortuorum, & omni spur-
citia. Sic & uos quidem à foris apparetis
hominibus iusti, intus autem pleni estis
hypocrisi & iniquitate.[Vę uobis Scribę
& Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis se-
pulcra prophetarum. L. patres autem ne-
stri occiderunt illos. M. & ornatis monu-
G menta iustorũ. Et dicitis:Si fuissemus in
diebus patrum nostrorum,non * essemus *fuisse-
socii eorũ in sanguine prophetarũ. Itaq; mus
testimonio estis uobismetipsis, L. & pro-
fectò testificamini,quòd consentitis ope-
ribus patrũ uestrorũ: M. quia filii eorum
estis,qui prophetas occiderũt, L. quoniã
H quidẽ ipsi eos occiderunt,uos autẽ ædifi-
catis eorum sepulcra. M. Et uos adimple-
te mensuram patrum uestrorum. Serpen-
tes & * genimina uiperarũ, quomodo fu- * germí-
gietis à iudicio gehennæ?L.Propterea & na
sapientia Dei dixit: M. [Ecce ego mitto

ad uos prophetas L. & apoſtolos, M. &
ſapiẽtes & Scribas, & ex illis occidetis, &
crucifigetis,& ex eis flagellabitis in ſyna-
gogis ueſtris,& perſequemini de ciuitate
*requiratur in ciuitaté,ut ueniat ſuper uos, L. &*in-
quiratur M. omnis ſanguis iuſtus, L. &
ſanguis omniũ prophetarũ,M. qui effuſus
Gen.4.b eſt ſuper terrã L. à cõſtitutione mundi,à
generatione iſta,M.à ſanguine Abel iuſti
11 uſq; ad ſanguiné Zachariæ filii Barachiæ,
2. Paral. 24.f quẽ occidiſtis, L. & periit, M. inter tẽpli
& altare. Amen dico uobis, uenient hæc
11 omnia ſuper generationem iſtam. L. Væ
uobis legiſperitis,qui tuliſtis clauẽ ſcien-
tiæ,& ipſi nõ introiſtis,& eos,qui introi-
bant,prohibuiſtis. Cùm hæc ad illos di-
ceret,cœperũt Phariſæi, & legiſperiti gra-
*tentare uiter inſiſtere, & os eius * opprimere de
multis, inſidiantes ei, & quærẽtes aliquid
*uenari *capere ex ore eius, ut accuſarent eum.]
M. Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis
prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi
4.Eſ.1.e ſunt: Quoties uolui congregare filios
tuos, quemadmodum gallina congregat
pullos ſuos ſub alas ſuas,& noluiſti! Ecce
relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.
Dico enim uobis:Non me uidebitis àmo-
13 do,donec L. ueniat,cùm dicetis: Bene-
dictus,qui uenit in nomine Domini.]

De

De obſtinatione Iudæorũ: & uidua offerente duo minuta.

Ioã.12. Mar.12. Luc.21. CA. CXXXII.

1. A CVm autem* tãta ſigna feciſſet corã illis, non credebãt in eum, ut ſermo Eſaiæ‡ cõpleretur, quẽ dixit: Domine qs credidit auditui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatũ eſt? Propterea nõ poterant credere, quia iterũ dixit Eſaias: Et excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, ut nõ uideãt oculis, & intelligãt corde, & cõuertãtur, & ſanẽ eos. Hoc dixit Eſaias, quãdo uidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo. Veruntamen ex principibus multi
B crediderũt in eum, ſed propter Phariſæos nõ cõfitebãtur, ut de ſynagoga nõ eiicerentur. Dilexerunt enim gloriã hominũ magis, quàm gloriã Dei. [IESVS autẽ
C clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eũ, qui miſit me. Ego lux in mũdum ueni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit uerba mea, & nõ cuſtodierit, ego non iudico eum. Non enim ueni, ut iudicem mundum, ſed ut* ſaluum faciã mundum. Qui ſpernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eũ. Sermo, quẽ loquutus ſum, ille iudicabit eũ in nouiſſimo die: quia ego ex meipſo nõ ſum lo-

Feria tertia ĩ Hieruſalẽm.

*tot

Eſa.53.a

‡ *prophetæ*

Eſa.6.c

*ſaluificem

quutus: sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio, quia mandatũ eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.] R. Et sedens IESVS *contra gazophylacium, aspiciebat, L. eos, qui mittebãt munera sua in gazophylacium, R. quomodo turba iactabat æs, & multi diuites iactabant multa. Cùm uenisset autem una uidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. L. Vidit autẽ IESVS pauperculam illam uiduam mittentem æra duo minuta. R. Et conuocatis discipulis suis, ait illis: Amẽ dico uobis, quoniã uidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserũt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abũdat illis, miserunt L. in munera Dei. Hæc autẽ ex eo, quod illi deest, R. & de penuria sua, oĩa, quæ habuit, misit, totum uictum suum.

*ex aduerso gazophylacii,

De ædificio templi, & cõminatione euersionis Hierusalem.

Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21. CA. CXXXIII.

M. *Feria tertia.*

ET egressus IESVS de tẽplo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. L. Et quibusdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, M. ipse autem respondens, ait illis: Videtis hæc

hæc omnia, R. & has magnas ædificationes? M. Amen dico uobis, L. uenient dies, in quibus non relinquetur hic lapis super lapidẽ, qui nõ destruatur. M. [Sedente autem eo super montẽ Oliueti* cõtra templum, accesserunt ad eum discipuli eius secretò, R. & interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Andreas, & Ioannes M. dicentes: Dic nobis præceptor, quando hæc erunt? & quod signũ aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens IESVS, dixit eis: Videte, ne quis uos seducat. Multi uenient in nomine meo, dicẽtes: Ego sum Christus, & multos seducent. L. Et tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos. M. Audituri enim estis prælia & * opiniones præliorũ. L. [Cùm autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Oportet enim primũ hæc fieri, sed nondũ statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresq; de cælo, & signa magna erunt. M. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. R. Videte autem uosmetipsos. L. Sed ante hæc omnia iniicient uobis manus suas, & persequentur. M. Tunc tradent uos in tribulationẽ,

B (margin, beside "Sedente")
*è regione tẽpli

*rumores

C (margin, beside "finis")

& occident uos. R. Tradent enim uos in
cõciliis, & in ſynagogis ſuis uapulabitis,
& ante reges & præſides ſtabitis propter
me M. & nomẽ meũ. L. Cõtinget autem
uobis in teſtimoniũ illis. M. Et eritis odio
omnibus gentibus propter nomẽ meum.
Et tunc ſcãdalizabũtur multi, & inuicem
tradent, & odio habebũt inuicẽ. Et multi
pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducẽt multos.
Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Qui autẽ perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit.]Et
prædicabitur hoc Euangelium regni in
uniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnibus gẽ
*finis tibus, & tunc ueniet *cõſummatio. R. Et
cùm duxerint uos tradẽtes, L. ponite in
*defenſionem cordibus ueſtris nõ præmeditari, *quẽadmodũ reſpondeatis: nõ enim uos eſtis loquẽtes: ſed Spiritus ſanctus. L. Ego enim
R. in illa hora L. dabo uobis os & ſapiẽtiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarii ueſtri. R. Tradet autem frater fratrem in mortẽ, & pater filium: & conſurgent filii in parentes,
& morte eos afficiẽt. L. Trademini enim
‡*habiti ab* à parentibus, & fratribus, & amicis, & cognatis: & eritis odio ‡ omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de
*tolerantia capite ueſtro non peribit. In * patientia
ueſtra

uestra posidebitis animas uestras.]

De aduentu & persecutione Antichristi. *Matt.24. Mar.13. Lucæ 21.* CAPVT CXXXIIII.

M CVm ergo uideritis abominationem *Dan. 9.g*
desolationis, quæ dicta est à Danie-
A le propheta, stantē in loco sancto, R. ubi
non debet, M. qui legit, intelligat. L. quia
appropinquabit desolatio eius. M. Tunc
qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, &
qui in tecto, nō descendāt aliquid tollere
*de domo sua, & qui in agro, non reuer *res suas
tantur tollere tunicam suam, L. & qui in domesticas,
medio eius sunt, discedāt, & qui in regio-
nibus, non intrēt in eam, quia dies ultio-
num hi sunt, ut impleantur omnia, quæ
scripta sunt. Væ autem prægnantibus &
B *nutrientibus in illis diebus M. Orate, ne * lactantibus
fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. L. Erit
enim pressura magna super terram, & ira
populo huic. Et cadent in ore gladii, &
captiui ducētur in omnes gētes. Et Hie-
rusalem calcabitur à gentibus, donec im-
pleantur tempora nationum.

De signis cōsummationis seculi. Mat.24 Mar.13. Luc.17. CAP. CXXXV.

L. ET ait ad discipulos suos: Veniet tem
A pus, quando desiderabitis uidere unū
diē filii hominis, & nō uidebitis. M. Erit

enim tunc tribulatio magna. R. Eruntq́ʒ dies illi tribulationis tales, quales nō fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus usq; nunc, neq; fient. Et nisi abbreuiasset Dominus dies illos, nō fuisset salua omnis caro, sed propter electos, quos elegit Dominus, abbreuiabit dies. M. Tūc si quis uobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere, L. nolite ire, neq; sectemini. M. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetę, & dabūt signa magna, & prodigia, R. & portenta ad seducēdos (si fieri potest) etiā electos. Vos ergo uidete: ecce prædixi uobis omnia. M. Si ergo dixerint uobis: Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. L. Nam sicut fulgur exit ab oriente, coruscans de ‡ sub cælo in *ea, quæ sub cælo * sunt, fulget, M. & paret usque in occidentem: ita erit & aduentus filii hominis, in die sua. Vbicunque fuerit *corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Primum oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

‡ *ea regiōe quæ*
*altero
*est
*cadauer,

De signis posteriorib⁹ cōsummatiōis seculi. *Mat. 24. Luc. 21.* C. CXXVI.

M. STatim autem post tribulationē dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suū, & stellæ cadēt de cælo,

Esa. 13. b
Eze. 32. b

Io. L. [Et erunt signa in Sole & Luna & stellis,& in terris *pressura gentium,*præ confusione sonitus maris,et fluctuum,arescentibus hominibus præ timore & expectatione,†quæ superueniēt uniuerso orbi. M.Et uirtutes cælorum commouebuntur.

Ioel.3.e *anxietates *per desperationem resonantis, †*eorum*.

De aduentu Christi iudicis significato multipliciter. *Math.24.*

Luc.21.& 17.Mar.13. CA. CXXXVII.

M A ET tunc parebit signum filii hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terre.Et uidebunt filium hominis uenienté in nubibus cæli cum *uirtute magna, & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna: & congregabunt electos à quatuor uentis, à summis cælorũ usq; ad *terminos eorum, R. & à summo terræ usq; ad summũ cæli. M. Ab arbore auté fici,discite *parabolam.Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, R. cognoscitis,quia in proximo sit æstas.

*potestate multa & gloria *extrema *similitudiné.

21 L. His autem fieri incipientibus,suspicite, & leuate capita uestra, quoniã appropinquat redemptio uestra.Et dixit illis similitudiné: Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iam ex se fructum, scitis quia prope est æstas. R. Ita & uos cũ uideritis hæc fieri, M.scitote quia prope est,& in ianuis L. regnum Dei. Amen 23

dico

dico uobis, quoniam non præteribit ge-
neratio hæc, donec omnia fiant. Cælum B
& terra tranſibunt, uerba autem mea non
tranſibunt.] Attendite autem uobis, ne
fortè grauentur corda ueſtra crapula, &
*ingruat ebrietate, & curis huius uitæ, & *ſuperue-
niat ſuper uos repentina dies illa. Tanquã
enim laqueus ſuperueniet in omnes, qui
Gene.7.b ſedent ſuper faciem omnis terræ. M. [De
die autem & hora illa, nemo ſcit, neq; an-
geli cælorum, R. neq; filius, M. niſi ſolus
pater. Sicut autem fuit in diebus Noë, ita
erit in diebus aduentus filii hominis. Sicut o
enim erant ante diluuium comedentes &
bibentes, nubentes & nuptui tradẽtes, uſq;
ad eum diem, in quo intrauit in arcam
Noë, & non cognouerunt, donec uenit
diluuiũ, & tulit, L. & perdidit omnes: M.
17 ita erit aduentus filii hominis. L. Simili-
ter ſicut factum eſt in diebus Loth: ede-
bant & bibebant, emebant & uendebant,
Gen.19.e plantabant & ædificabant. Qua die autem
exiuit Loth à Sodomis, pluit Deus ignem
& ſulphur de cælo, & omnes perdidit, ſe-
cundum hæc erit, qua die filius hominis
reuelabitur. In hora illa, qui fuerit in te-
cto & uaſa eius in domo, ne deſcẽdat tol-
lere illa. Et qui in agro, ſimiliter non re- E
deat retro. Memores eſtote uxoris Loth.

Quic

F Quicunq; quæsierit animam suam saluam
facere, perdet eam. Et quicunq; perdiderit
eam, uiuificabit illam. Dico uobis, in illa
nocte erũt duo in † lecto, unus assumetur,
& alter relinquetur. Duæ erunt molentes *Lucæ 17.*
in unum M. in mola, L. una assumetur,
& altera relinquetur. Duo in agro, unus
assumetur, & alter relinquetur. Respondẽ-
tes dicunt illi: Vbi, Domine? qui Dixit
illis: ubicunq; fuerit corpus, illuc congre-
gabuntur & aquilæ. Vigilate itaque omni *Lucæ 21.*
tempore orantes, ut digni * habeamini *redda-
fugere omnia ista, quæ futura sunt, & stare mini
ante filium hominis.

De uigilia, & Oratione. *Luc.21.& 18.Mat.24,Mar.13.* CAP. CXXXVIII.

I. DIcebat autem & parabolam ad illos: 18
A [*scilicet discipulos*] quoniã oportet
semper orare, & non *deficere, dicens: Iu- *defa-
dex quidam erat in ciuitate quadam, qui tigari,
Deum non timebat, & hominem non re-
uerebatur. Vidua autem quædam erat in
ciuitate illa, & ueniebat ad eum: dicens:
Vindica me de aduersario meo. Et nole-
bat *per multum tempus. Post hæc autem *aliquã-
dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec diu
hominem reuereor, tamen quia molesta *tandem
est mihi hæc uidua, uindicabo eam, ne *in *uitupe-
nouissimo ueniens *sugillet me. Ait au- ret

tem

tem Dominus: Audite, quid Iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet uindictam electorũ suorum clamantium ad se die ac nocte, * & patientiam habebit in illis? Dico uobis, quia citò faciet uindictã illorum. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem super terrã? R.

*etiam longanimis existens super illis?

[Videte, uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut enim homo, qui peregrè profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem *cuiuscunque operis, & ianitori præcepit, ut uigilaret. Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus uenit, serò, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cùm uenerit

*& unicuiq; opus suũ,

12 repentè, inueniat uos dormientes. Quod autẽ uobis dico, omnibus dico: Vigilate.]
L. [Sint lumbi uestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus uestris. Et uos similes hominibus expectãtibus Dominũ suum, quando reuertatur à nuptiis: ut cùm uenerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati sunt serui illi, quos cùm uenerit Dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quòd præcinget se, & faciet illos discũbere. Et transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia *uigilia uenerit, et ita inuenerit: beati sunt serui illi. M. [Vigilate ergo, quia nescitis

*custodia

qua

qua hora Dominus uester uenturus sit. L. Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamiliâs, qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non sineret perfodi domũ suam. Et uos estote parati, quia qua hora non
E putatis, filius hominis ueniet.] Ait autẽ ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Dixit autem Dñs: Quisputas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici *mensuram? Beatus ille seruus, quem cùm uenerit Dominus, inuenerit sic facientem. M. Amẽ dico uobis, super omnia bona, L. quæ possidet, M. constituet eum.] Si autẽ 12
dixerit malus ille seruus in corde suo Moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere cõseruos suos, L. & ancillas, & edere & bibere, & inebriari. M. mãducet autem & bibat cum ebriosis: L. ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua nescit, & *diuidet eum, partemq; eius cũ infidelibus M. & hypocritis ponet. Ibi erit fletus & stridor den-
G tium. L. Ille autem seruus, qui cognouit uoluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis. Qui autem nõ cognouit, & fecit digna plagis, uapu-

*dimensum?

*dissecabit

labit

labit paucis. Omni autem cui multùm datum est, multùm quæretur ab eo: & cui cõmendauerunt multùm, plus petent ab eo. Ignem ueni mittere in terrã, & quid uolo, * nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, usq; dum perficiatur? Putatis quia pacem ueni mittere in terram? non dico uobis, sed separationẽ. Erunt enim ex hoc quinque ĩ una domo diuisi, tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum. Et mater in filiam, & filia in matrem. Socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

*si iam accensus est?

De decem uirginibus, & decem talentis. *Mat.15. Luc.* 14. C.CXXXIX.

M. [TVnc simile erit regnum cælorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudẽtes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secũ. Prudentes uerò acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiã ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem

tem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne fortè nõ ſufficiat nobis & uobis, ite potius ;ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit Sponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. *Nouiſſimè uerò ueniũt & reliquæ uirgines, dicẽtes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait: Amen dico uobis, neſcio uos. Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; horã.] ‡ [Sicut enim homo peregrè proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua: Et uni dedit quinque talẽta, alii autem duo, alii uerò unum: unicuique ſecundum propriam *uirtutem, & profectus eſt ſtatim Abiit autem qui quinq; talenta acceperat, et operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem unum acceperat, abiit & fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum uerò tẽporis uenit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinq; talẽta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi

*Poſtremùm

‡ *in qua filius hominis ueniet.*

De decẽ talentis.

*potentiam,

q domin

dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium Dñi tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi Dominus eius: Euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui.] Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Dñe,

*noui te *scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: Et timẽs, abii: & abscondi talentum tuum in terram. Ecce, habes quod tuum est. Respondens autem Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto ubi non seminaui, & cõgrego ubi non sparsi, oportuit ergo te pecuniam meam committere numulariis, & ueniens ego accepissem utique, quod meum est, cum usura. Tollite igitur ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti, dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stridor dentium.] *Parabolam de decem Minis uide suprà, capite* C X I I.]

De

De uentilatione areæ in extremo iudicio. *Math. 25.* CAP. CXL.

CVm autē uenerit filius hominis in *maiestate sua, & omnes *angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos abinuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex, his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erā, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere erā, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico uobis, quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet et his qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui pa-

*gloria
*sancti
Esa. 58. b
Eze. 18. b
Eccl. 7. d
Psal. 6. e

ratus est diabolo,& angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere,& non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando uidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere,& non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis,quãdiu non fecistis uni de *minoribus his,nec mihi fecisti. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.]

*minimis

De ultimo reditu Christi à monte Oliueti in Bethaniam. *Luc.* 22. *Mar.* 11. *Mat.* 26. CAP. CXLI.

1. APpropinquabat aũt dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. Et factum est cùm consummasset IESVS sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur,ut crucifigatur. Cùm autem iam uespera esset hora,exiit in Bethaniam cum duodecim.

De Alabastro unguenti. *Joan.* 12. *Mar.* 14. *Mat.* 26. CAP. CXLII.

Fecer

I. C FEcerunt auté ei cœnam ibi, R. in domo Simonis leprosi. I. Et Martha ministrabat: Lazarus uerò erat unus ex dis-
D cumbétibus. R. Et cùm recũberet, I. Maria accepit libram unguẽti nardi pisticæ pretiosi, & unxit pedes IESV, & extersit capillis suis pedes eius, R. & fracto alabastro effudit super caput M. ipsius recumbentis, I. & domus repleta est ex odore unguenti. R. Erant autẽ quidam indignè ferentes intra semetipsos discipuli, & dicentes: * Vt quid perditio hæc unguenti facta est? I. Dixit ergo unus ex discipulis *Ad
E eius, Iudas Iscariotis, qui eum erat traditurus: Quare hoc unguentum non uæniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis *pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & *loculos habens, & ea quæ mittebantur, portabat. R. Et fremebãt in eã. M. Sciens autẽ IESVS, ait illis: R. Sinite illã. I. in diẽ sepulturæ meæ seruat illud. M. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me. R. Semper enim pauperes habetis uobiscũ: & cùm uolueritis, poteritis eis benefacere: me autẽ non semper habebitis. Quod habuit, hoc fecit. Præuenit ungere corpus meum in sepulturã. M.
*cura esset illi,
* marsupium
F Mittens enim unguentum hoc in corpus

 meum,

meum, ad sepeliẽdum me fecit. Amẽ dico B uobis, ubicunq; prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, & quod hæc fecerit R. narrabitur in memoriam* eius.

*mulieris, supple.

De Christi uenditione facta per Iudam. *Matth.16. Luc.22. Mar.14.*

CAPVT CXLIII.

M. TVnc cõgregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt. R. Et quærebãt summi sacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. L. Timebant uerò plebem. M. Dicebant au- D tem: Non in die festo: Ne fortè tumultus fieret in populo. L. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim: & abiit M. ad principes sacerdotũ R. & summos sacerdotes, ut proderet eũ illis. L. Et loquutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodũ illũ traderet eis, M. & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? R. Qui audientes gauisi sunt, & promiserũt, L. & pacti sunt pecuniam illi dare. M. At illi cõstituerunt ei triginta argenteos L. & spopondit. M. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum opportunè traderet L. sine turbis.

Liber

LIBER
TERTIVS.

De Egreſſu Chriſti.

De miſsione Petri, & Ioannis, ut pararent paſcha. *Ioan.12. Mat.26. Mar.14. Luc.22.* CAP. CXLIIII.

I L A ANTE diem feſtũ paſchæ, R. primo die azymorum, quando paſcha immolabant: L. & in quo neceſſe erat*occidi paſcha: M. acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: R. & dicunt ei diſcipuli: Quò uis eamus, & paremus tibi, ut manduces Paſcha? Et mitti: duos ex diſcipulis ſuis, L. Petrum & Ioannẽ, dicẽs: Euntes parate nobis Paſcha, ut manducemus. At illi dixerũt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: M. Ite in ciuitatẽ ad quendã.

*immolari

B L. Ecce introëuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo * amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domũ, in quã intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magiſter. M. Tẽpus meũ prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. R. Vbi eſt refectio mea L. & diuerſorium,

ubi Pascha cũ discipulis meis manducem? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnum stratũ, & ibi parate nobis. R. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem. L. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt Pascha.

De comestione agni paschalis in cœna Domini. *Mat. 26. Mar. 14. Luce 22.* CAP. CXLV.

M. & R. VEspere autem facto, uenit [*à Bethania in Hierusalem*] cũ duodecim. L. Et cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim: apostoli cũ eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis, quia *ex hoc [*id est, post hanc horã*] *nõ manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, ‡ & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quòd nõ bibam de *generatione uitis, donec regnum Dei ueniat.

*posthac

* nõ edã ultra ex eo,

‡ *hoc*

* germine

De ablutione pedum, & obscura proditoris manifestatione. *Ioan. 13.* CAP. CXLVI.

SCiens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat de hoc mundo ad patrẽ: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos: & cœna facta [*agni typici*] cùm iam diabolus misisset in cor, ut

trader

traderet eum Iudas Simonis Iſcariotis: ſciẽs quia omnia dedit ei pater in manus,
B & quia à Deo exiuit, & ad Deũ uadit:ſurgit à cœna,& ponit ueſtimenta ſua.Et cũ accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorũ, & extergere linteo,quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum,& dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio,tu neſcis modo,ſcies autem poſtea.Dicit ei Petrus:Nõ lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus:Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine,non tantùm pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt,non*indiget niſi ut pedes lauet,ſed eſt mundus totus.Et uos mundi eſtis,ſed non *opus habet
C omnes. Sciebat nanque quiſnam eſſet,qui traderet eum.Propterea dixit: Non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum,& accepit ueſtimenta ſua,cùm recubuiſſet iterum, dixit eis: Scitis, quid fecerim uobis? Vos uocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros Dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi

uobis, ut quemadmodũ ego feci uobis, ita & uos faciatis.] Amē amē dico uobis, nõ
*legatus est seruus maior domino suo, neq; *apostolus maior eo qui misit illũ. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Nõ de omnibus uobis dico, [*quòd eritis beati*] ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur scri-
Psa. 40. c ptura, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico uobis prius quàm fiat, ut cùm factum fuerit, credatis quia ego sum.

De sacramẽti Eucharistiæ institutione. *Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22.*

CAPVT CXLVII.

M. COenãtib⁹ aũt eis, accepit Iesus panẽ, L. gratias egit, M. benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite: Hoc est corpus meũ, L. quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ postquã cœnauit M. accipiẽs, gratias egit, & dedit illis, dicẽs: Bibite ex hoc oẽs: Hic est sanguis me⁹ noui testamẽti. L. Hic est calix nouũ testamẽtũ in meo sanguine, qui pro uobis M. & pro multis effundetur in remißionẽ peccatorũ. Dico autẽ uobis, quia nõ bibã amodo de hoc genimine uitis, usq; in diẽ illũ, cùm illud bibã nouũ uobiscum in regno patris mei. R. Et biberunt ex eo oẽs.

De

De apertiori proditoris manife- ſtatione, eiusq; egreſſu. *Mat. 26. Ioa. 13. Lucæ 22. Mar. 14.* CAP. CXLVIII.

I. AMen amen dico uobis, qui accipit,
A ſi quem miſero, me accipit. Qui au-
tem me accipit, accipit eum qui me miſit.
Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiri-
tu, & *proteſtatus eſt, & dixit, Amẽ amen *teſtatus
dico uobis, quia unus ex uobis me tradet,
B R. qui manducat mecum. I. Aſpiciebant
ergo adinuicem diſcipuli, hæſitantes de
quo diceret. M. Et cõtriſtati ualde, cœpe-
runt ſinguli R. & ſingulatim M. dicere:
Nũquid ego ſum Domine? At ille reſpon
dens, ait illis: Vnus ex duodecim, qui in-
C tingit mecum manum in *paropſide, hic * catino.
me tradet. Filius quidem hominis uadit,
ſicut ſcriptũ eſt de illo. Væ autem homi-
ni illi, per quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo
ille. Reſpondens autem Iudas, qui tradi-
D dit eum, dixit: Nunquid ego ſum rabbi?
Ait illi: Tu dixiſti. I. Erat ergo recumbẽs
unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem
diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon
Petrus, & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit?
Itaq; cùm recubuiſſet ille ſuper pectus Ie-
ſu, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpõdit Ie-
ſus: Ille eſt, cui ego intinctũ panẽ porre-
xero.

xcro. Et cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Et poſt buccellam intrauit in eum Satanas. Et dicit ei Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum. Aut egenis ut aliquid daret. Cùm ergo accepiſſet ille, exiuit continuo. Erat autē nox. Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus *clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo. Et continuo clarificabit eum.

*glorificatus

De quæſtione, quis diſcipulorū eſſet maior: & prædictione negationis Petri. *Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13.* CAP. CXLIX.

1. ET ipſi cœperūt quærere inter ſe, quis eſſet, qui eum traditurus eſſet. [Facta eſt autē & contentio inter eos, quis eorū uideretur eſſe maior. Dixit autē eis: Reges gentiū dominātur eorū, & qui poteſtatē habent ſuper eos, benefici uocātur. Vos autē non ſic. Sed qui maior eſt in uobis, fiat ſicut minor, & qui *præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nā quis maior eſt, qui recūbit, an qui miniſtrat? Nónne qui recumbit?

*dux

cūmbit? Ego autē in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autē estis, qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnū, ut edatis & bibatis super mēsam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim
B tribus Israël.] M. Tunc dixit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte, quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergētur oues gregis. Sed postquam resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, nunquam scandalizabor. Et ait illi Iesus: *Zac. 13. c*
C L. Simon ecce Satan expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.
D I. Filioli adhuc modicum uobiscum sum. Quæretis me, & sicut ego dixi Iudæis, Quò ego uado, uos non potestis uenire. Et uobis dico modo: Dicit ei Simon Petrus: Domine quo uadis? Respondit Iesus: Quò ego uado, non potes me sequi modo. Sequêris autē postea. Dicit ei Petrus: ‡ Quare non possum te sequi modo? Domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Animam meam pro te *‡ Domine,*

ponam.

ponam. Respōdit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amē dico tibi: M. In hac nocte, R. priusquam gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: M. Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. L. Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerūt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculū, tollat, similiter & peram. Sed qui non habet, uēdat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cùm iniquis iustus deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.

De prima parte sermonis Domini in cœna. *Ioan. 13. & 14. Matth. 26.*

CAPVT CL.

1. Filioli adhuc modicum uobiscū sum. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. [Et ait: Non
14 turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones

ſiones multæ ſunt. * Si quo minus,dixiſ- *Sin mi-
ſem uobis,quia uado parare uobis locum. nus,
Et ſi abiero,& preparauero uobis locum,
iterum * uenio ad uos, & accipio uos ad *uentu-
meipſum, ut ubi ego ſum, & uos ſitis. Et rus ſum
quo ego uado,ſcitis, & uiam ſcitis. Dicit
B ei Thomas:Domine,neſcimus quo uadis,
& quomodo poſſumus uiam ſcire? Dicit
ei Ieſus: Ego ſum uia, ueritas & uita. Ne-
mo uenit ad patrẽ,niſi per me. Si cogno-
uiſſetis me, & patrem meum utique co-
gnouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum,
& uidiſtis eũ.Dicit ei Philippus: Domi-
ne oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis.
Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcum
ſum, & non cognouiſtis me? Philippe,
qui uidet me, uidet & patrem meum.
Quomodo tu dicis: Oſtende nobis pa-
trem? Non credis, quia ego in patre, &
pater in me eſt? Verba quæ ego lo-
quor uobis, à meipſo non loquor: pater
autem in me manens, ipſe facit opera.
Non creditis, quia ego in patre, & pater
in me eſt? alioqui propter opera ipſa cre-
dite. ‡ Amen amen dico uobis,qui credit ‡mihi.
in me,opera quæ ego facio, ipſe faciet,&
C maiora horum faciet,quia ego ad patrem
uado. Et quodcunque petieritis patrem
in nomine meo,hoc faciã,] ut glorifice-
tur

tur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. [Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē, & alium * paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. Non relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum, & mundus me iam non uidet. Vos autem uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & * manifestabo ei meipsum.] Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis: Domine quid factum est, quia manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei. [Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos nō seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum uobis apud

* consolatorem

* insinuabo

apud uos manés. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, &*ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur cor ueſtrũ, neq; formidet. Audiſtis, quia dixi uobis, * Vado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia‡uado ad patrẽ, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis, prius quàm fiat, ut cũ factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.] Surgite eamus hinc. M. Et hymno dicto exierunt. [*extra ciuitatem, uerſus montem Oliueti.*]

*ſubmonebit

*Abeo

‡ *dixi*

De reſiduo ſermonis Domini, facti poſt urbis egreſſum, modò eundo, modò ſtando.

Ioan. 15. 16. 17. CAP. CLI.

[A EGo ſum uitis uera, & pater meus a- 15
gricola eſt. Omnẽ palmitem in me non ferentẽ fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructũ, purgabit eum, ut fructum plus adferat. Iam uos mundi eſtis propter ſermonem, quẽ loquutus ſum uobis. Ma-

nete in me,& ego in uobis. Sicut palmes
non poteſt ferre fructum à ſemetipſo,niſi
mãſerit in uite:ſic nec uos,niſi in me man
ſeritis. [Ego ſum uitis,& uos palmites.
Qui manet in me, & ego in eo, hic fert
fructũ multũ:quia ſine me nihil poteſtis
facere. Si quis in me nõ mãſerit, mittetur
foras,ſicut palmes: & areſcet,& colligent
eum,& in ignẽ mittent,& ardet. [Si man
ſeritis in me,& uerba mea in uobis man-
ſerint, quodcunque uolueritis, petetis,&
glorificatus fiet uobis.] In hoc clarificatus eſt pater
meus, ut fructum plurimum adferatis,&
efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit
me pater,& ego dilexi uos. Manete in di-
lectione mea. Si præcepta mea ſeruaueri-
tis, manebitis in dilectiõe mea:ſicut & e-
go pręcepta patris mei ſeruaui,et maneo
in eius dilectione. Hæc loquutus ſum uo-
bis, ut gaudiũ meũ in uobis ſit, & gaudiũ
ueſtrũ impleatur.] [Hoc eſt præceptum
meũ, ut diligatis inuicẽ, ſicut dilexi uos.
Maiorẽ hac dilectiõe nemo habet, quàm
ut animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis.
Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego
*Poſthac præcipio uobis.*Iam non dicam uos ſer-
uos,quia ſeruus neſcit, quid faciat domi-
nus eius. Vos autem dixi amicos, quia o-
mnia quæcunq; audiui à patre meo, nota
feci

feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego
elegi uos, & posui uos, ut eatis & fructũ
adferatis, & fructus uester maneat: ut
quodcunque petieritis patrem in nomine
F meo, det uobis.] [Hæc mando uobis, ut
diligatis inuicẽ. Si mũdus uos odit, scito-
te, quia me * priorẽ uobis odio habuit. Si *prius
G de mundo fuissetis, mũdus quod suũ erat, quàm
diligeret: quia uerò de mundo non estis, uos
sed ego elegi uos de mundo, propterea
odit uos mundus. Mementote sermonis
mei, quem ego dixi uobis: Non est seruus
maior domino suo. Si me persecuti sunt,
& uos persequẽtur. Si sermonẽ meũ serua
uerint, & uestrũ seruabũt. Sed hæc omnia
facient uobis propter nomen meum, quia
nesciunt eum, qui misit me. Si non uenis-
sem, & loquutus eis nõ fuissem, peccatum
non haberent. Nunc autem * excusationẽ *præte-
nõ habent de peccato suo. Qui odit me, xtum
odit & patrem meum. Si opera non fecis-
sem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ
non haberent. Nunc autem & uiderunt,
& oderũt & me, & patrem meum. Sed ut
adimpleatur sermo, qui in lege eorũ scri-
ptus est: Quia odio habuerunt me gra- *Psal. 24. c*
H tis.] [Cùm autẽ uenerit paracletus, quẽ
ego mittam uobis à patre, spiritum uerita
tis, qui à patre procedit, ille testimonium

perhibebit de me. Et uos testimoniũ per-
hibebitis, quia ab initio mecũ estis. Hæc
16 loquutus sum uobis, ut non scãdalizemi-
ni.* Absque synagogis facient uos. Sed
uenit hora, ut omnis qui interficit uos, ar
bitretur*obsequium se præstare Deo. Et
hæc facient uobis, quia non nouerunt pa
trem neq; me. Sed hæc loquutus sum uo-
bis, ut cùm uenerit hora, eorum remini-
scamini, quia ego dixi uobis.] Hæc auté
uobis ab initio non dixi, quia uobiscum
eram. Et nunc [uado ad eum, qui me mi-
sit, & nemo ex uobis interrogat me, quo
uadis? Sed quia hæc loquutus sum uobis, &
tristitia impleuit cor uestrum, sed ego ue
ritatem dico uobis, Expedit uobis, ut ego
uadam. Si enim nõ abiero, paracletus non
ueniet ad uos, Si autem abiero, mittam
eum ad uos. Et cùm uenerit, ille arguet
mundum de peccato, & de iustitia, & de
iudicio. De peccato quidé, quia non cre-
diderunt in me. De iustitia uerò, quia ad
patrem uado, & iam nõ uidebitis me. De
iudicio auté, quia princeps huius mundi
iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uo
bis dicere, sed nõ potestis portare modo.
Cùm autem uenerit spiritus ille Veritatis
*docebit uos omnẽ ueritaté. Non enim
loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet,
loquet

*alienos à synagogis facient, id est, excõmunicabunt.

*cultum

*ducet uos in

loquetur, & quæ uentura sunt, annuntiabit uobis. Ille me clarificabit, qa de meo accipiet,& annũtiabit uobis.Omnia quęcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi,quia de meo accipiet, & annuntiabit
L uobis.] [Modicum,&*iam non uidebitis me,& iterum modicũ,& uidebitis me, quia uado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicẽ:Quid est hoc quod dicit nobis:Modicũ & iam non uidebitis me,& iterũ modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrẽ?Dicebant ergo:Quid est hoc,quod dicit nobis Modicum?Nescimus,quid loquitur.Cognouit autẽ IESVS,quia uolebãt eum interrogare,& dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi,Modicũ & nõ uidebitis me, & iterũ modicũ,& uidebitis me.Amen amen di-
M co uobis, quia plorabitis &*flebitis uos, mundus autẽ gaudebit, uos autem contristabimini: sed tristitia uestra uertetur in gaudium.Mulier cùm parit,tristitiam habet,quia uenit hora eius.Cùm autẽ peperit puerũ,iam nõ meminit pressuræ,propter gaudiũ,quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidẽ tristitiam habetis.Iterum autẽ uidebo uos, & gaudebit cor uestrum,& gaudium uestrũ nemo tollet à uobis:] & in die illo me non

ampli

*lamentabitis

rogabitis quicquam.[Amē amē dico uo-
Quodcunq; bis: Si quid petieritis patrem in nomine
meo,dabit uobis. Vſq; modo non petiſtis
quicquam in nomine meo. Petite & acci-
pietis,ut gaudiū ueſtrum ſit plenum. Hæc
in prouerbiis loquutus ſum uobis. Venit
hora, cùm iam non in prouerbiis loquar
uobis,ſed palā de patre meo annuntiabo
uobis. In illo die in nomine meo petetis.
Et non dico uobis, quia ego rogabo pa-
trem de uobis. Ipſe enim pater amat uos,
quia uos me amaſtis,& credidiſtis,quia à
Deo exiui. Exiui à patre,& ueni in mun-
dum : iterum relinquo mundum,& uado
ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius : Ecce
nunc palam loqueris,& prouerbium nul-
lum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia,
& non opus eſt tibi , ut quis te interro-
get. In hoc credim⁹,quòd à Deo exiſti.]
Reſpōdit eis Ieſus : [Modo creditis. Ecce
uenit hora,& iam uēnit , ut diſpergamini
unuſquiſq; in propria, & me ſolum relin-
quatis. Et tamen non ſum ſolus, quia pa-
ter mecum eſt. Hæc loquutus ſum uobis,
ut in me pacē habeatis. In mundo preſſu-
ram habebitis: ſed cōfidite,ego uici mun-
17 dum. Hæc loquutus eſt IESVS, [& ſub-
leuatis in cælum oculis , dixit: Pater uenit
hora , clarifica filium tuum , ut filius tuus
clarifi

clarificet te:ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut omne quod dediſti ei, det eis uitam æternã. Hæc eſt autẽ uita æterna,ut cognoſcant te ſolum Deum uerum,
R & quem miſiſti IESVM Chriſtũ.] Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui,quod dediſti mihi ut faciã.Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui prius, quàm mũdus fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mũdo. Tui erãt,& mihi eos dediſti, & ſermonẽ tuum ſeruauerunt. Et nunc cognouerũt, quia omnia quæ dediſti mihi,abs te ſunt: quia uerba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt & cognouerũt uerè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me mi-
S ſiſti. Ego pro eis rogo,non pro mundo rogo,ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea oĩa tua ſunt, & tua mea ſunt,& clarificatus ſum in eis.Et iam non ſum in mundo,& hi in mũdo ſunt,& ego
T ad te uenio.] Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum,ſicut & nos. Cùm eſſem cum eis, ‡ ego ſeruabam eos in nomine tuo:quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur.Nunc autẽ ad te uenio, & hæc

‡ *in mundo*

pſa.108.b

loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ, & ego miſi eos in mundũ, & ego pro ipſis ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. ‡ Nõ pro his autẽ rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per uerbũ eorũ in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in uobis unum ſint, ut mundus credat, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis & tu in me, ut ſint conſummati in unum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexi eos, ſicut & me dilexiſti. Pater quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut uideant claritatẽ meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater iuſte, mũdus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & ii cognouerunt, quia tu me miſiſti, & notum feci

‡ tua.

eis

cis nomen tuum,ut dilectio,qua dilexisti me,in ipsis sit,& ego in ipsis.

De ingressu Christi in hortum, & de oratione, & captiuitate sua. *Matt.26. Mar.14. Luc.22. Ioan.18.* CAP. CLII.

I. A HAec cùm dixisset IESVS egressus est cum discipulis suis,L. secundum consuetudinem M. in montem Oliueti, I. trans torrentem Cedron, M. in uillam R. cui nomẽ Gethsemani.I. ubi erat hortus,in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eum, locũ quia frequẽter conuenerat IESVS illuc cum discipulis suis. M. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec uadam il-

B luc & orem. Et coassumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse, R. pauere & tædere. M. Tunc ait illis: * Tristis est anima mea *Mœsta usque ad mortem.* Sustinere hîc,& uigi *Manete late mecum. L. Et ipse auulsus est ab eis, * fermè quantum * iactus est lapidis. M. Et pro- ad iactũ gressus pusillum,procidit in faciem suam R. super terrã, & orabat,ut si fieri posset,

C transiret ab eo hora. Et dixit: Abba pater, omnia posibilia sunt tibi, trãsfer hũc calicem à me: sed nõ quod ego uolo,sed quod tu. M. Et uenit ad discipulos suos,

& inuenit eos dormientes. Et dixit Petro sic: R. Simon dormis? Non potuisti una hora uigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autẽ infirma. M. Iterum secundo abiit & orauit R. eundem sermonẽ, dicens: M. Pater mi, si non potest hic calix transire ‡ nisi bibam illũ, fiat uoluntas tua. Et uenit iterum & inuenit eos dormientes: Erant enim oculi eorũ grauati, R. & ignorabãt quid responderent ei. M. Et relictis illis, iterum abiit tertio, & orauit eundẽ sermonem. L. Et positis genibus orabat, dicẽs: Pater si uis, transfer calicem istum á me: Veruntamẽ non mea, sed tua uoluntas fiat. Apparuit autẽ illi angelus de cælo, confortans eũ. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Et cùm surrexisset ab oratiõe, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? R. Dormite iam, & requiescite. Sufficit. I. Surgite & orate, ne intretis in tentationẽ. M. Ecce appropinquabit hora, & fili⁹ hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: R. Ecce qui me tradet, prope est. I. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificib

‡ á me

F tificib⁹ & Pharisęis ministros, uenit illuc
cum*laternis,& facibus, & armis. M. Et *lucernis.
adhuc IESV loquēte,ecce Iudas Iscario-
tis unus ex duodecim,& cū eo turba mul
ta cum gladiis & fustibus & lignis missi
à principibus sacerdotum,& Scribis,& se-
nioribus populi. R. Dederat autē traditor
G eis signum,dicens : Quencunq; osculatus
fuero,ipse est:tenete eum,& ducite * cau- *securè.
tè. L. Et antecedebat eos,& appropinqua-
uit IESV,ut oscularetur eum. R. Et cùm
uenisset,statim accessit ad eum, & ait: M.
Aue rabbi. Et osculatus est eū. Dixitq; ei
IESVS:Amice,ad quid*uenisti? L. Iuda, *adest
osculo filium hominis tradis? I. IESVS
itaq; sciens omnia,quæ uētura erant super
H eum,processit, & dixit eis: Quē quæritis?
Responderunt ei: IESVM Nazarenum.
Dixit eis IESVS:Ego sum. Stabat autem
& Iudas,qui tradidit eum , cum ipsis. Vt
ergo dixit eis IESVS, Ego sum:abierunt
retrorsum,& ceciderunt in terram. Iterū
ergo eos interrogauit:Quē quæritis? Illi
autē dixerūt:IESVM Nazarenū.Respon
I dit IESVS:Dixi uobis,Quia ego sum.Si
ergo me quæritis,sinite hos abire.Vt im-
pleretur sermo , quem dixit : Quia quos
dedisti mihi, non perdidi ex eis quen-
quam. M. Tunc accesserūt,& manus inie-
cerunt

cerũt in IESVM, & tenuerũt eum. L. Videntes autem hi, qui cũ ipso erant, quod futurũ erat, dixerunt ei: Domine, *si percutimus in gladio? I. Simon ergo Petrus L. unus ex illis I. habens gladium, eduxit eum, & percutit Pontificis summi sacerdotis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. L. Respondens autem IESVS, ait: Sinite usq; huc. I. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo IESVS Petro: Mitte gladium tuum in uaginã. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illũ? M. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum ‡ rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi modò plus quã duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturæ? Quia sic oportet fieri. L. Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autẽ IESVS ad eos qui uenerant ad se, Principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus, comprehẽdere me, cum quotidie fuerim uobiscum in templo, non extendistis manus in me. M. Et sedebam docens, & non me tenuistis. L. Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarũ. M. Hoc autem totum factũ est, ut adimplerentur scripturæ prophet

Marginalia: *nõ percutiem⁹ — *Gene.9.a* — ‡ *modò* — *Esa.53.c*

phetarũ. Tunc discipuli, relicto eo, omnes fugerunt. I. Cohors autem, & Tribunus, & ministri Iudæorum, comprehenderunt
M IESVM. R. Adolescens autem quidam sequebatur eũ amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

De missione Iesu ad Annam: & prima negatione Petri. *Mat.* 26. *Mar.* 14. *Luc.* 22. *Ioan.* 18. CAP. CLIII.

M AT illi tenẽtes IESVM, I. ligauerũt,
A & adduxerunt eum ad Annam primùm. Erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consiliũ dederat Iudæis, Quia expedit unum hominẽ *mori pro populo. Sequebatur autẽ IESVM à longè Simõ Petrus, *perdi
B & alius discipulus. Discipulus aũt ille erat notus Pontifici: & introiuit cũ IESV in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium, foris. Exiuit ergo discipulus qui erat notus Põtifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum intrò, M. usq; in atrium Principis sacerdotum. R. Et cùm esset Petrus in atrio, deorsum, L. accenso igne in medio atrio, & circunsedentibus illis, M. Petrus sedebat foris in atrio, L. in medio eorum: quẽ cùm uidisset M. una ancilla, L. sedentem ad lumẽ, & cum fuisset intuita, dixit:

dixit: Et hic cũ illo erat. I. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, R. summi sacerdotis, cùm uidisset Petrum calefacientem se, I Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? L. Mulier, R. neq; scio, neq; noui q. dicas. M. Tu cũ IESV Galileo eras. At ille negauit eum corã omnibus, dicẽs: I. Non sum: L. Non noui illum. I. Stabant autem serui & ministri ad prunas, q̃a frigus erat & calefaciebant se. Erat autẽ Petrus stans cum eis, & calefaciens se. R. Et exiuit foras in atriũ, & gallus cantauit. I. Pontifex ergo interrogauit IESVM de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei IESVS: Ego palàm locutus sum mũdo. Ego semper docui in Synagoga, & in Tẽplo, quò oẽs Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce, hi sciũt quid dixerim ego. Hæc autẽ cùm dixisset, unus assistens ministrorũ, dedit alapam IESV, dicens: Sic respondes Pontifici? Respõdit ei IESVS: Si malè locutus sum: testimoniũ perhibe de malo: Si autem bene, quid me cædis?

De missione Iesu ad Caipham: & de secunda: & tertia negationibus Petri in domo Caiphę: deq; falsis testimoniis contra Iesum.

Matt.

Matth.26. Marci 14. Lucæ 22. Ioan.18.

CAPVT CLIIII.

I. A ET IESVM ligatum misit Annas ad Caipham, Principem sacerdotum, M. ubi Scribę, & seniores, & Pharisæi conuenerant. Petrus autẽ sequebatur eum à longè usque in atrium Principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris,
B ut uideret finem. Exeunte aũt Petro *ianuam, R. rursus cùm uidisset illum M. alia ancilla, R. cœpit dicere circunstãtibus, M. his qui erant ibi: Hic erat cum IESV Nazareno. I. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? L. Et post pusillum, alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. M. Et iterũ negauit cum iuramento, I. & dixit: L. O homo, nõ sum: M. quia non noui hominem. Et post pusillum, L. interuallo facto quasi horæ unius, alius quidã affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. R. Rursum, qui astabant, dicebãt Petro: M. Verè & tu ex illis es, R. nã & Galilæus es, M. loquela
C tua manifestũ te facit. I. Dixit ei unus ex seruis Põtificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam, Non'ne ego te uidi in horto cũ illo? L. Et Petrus M. cœpit anathematizare, detestari, & iurare, R. quia

*in uestibulum,

nescio

nescio hominē istum, quem dicitis. L. Et cōtinuò adhuc eo loquēte, R. iterū gallus cātauit. Et conuersus Dn̄s, respexit Petr. R. Et recordatus est Petrus uerbi, quod dixerat ei IESVS, Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. L. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè. M. Princeps autē sacerdotum & omne concilium, quærebāt falsum testimonium cōtra IESVM, ut eum morti traderent. Et non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. R. Et quidam surgentes falsum testimoniū ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniā nos audiuimus eum dicentē: Ego dissoluam templū hoc manufactū, & post triduum aliud nō manufactum ædificabo. Et nō erat conueniens testimoniū illorum. M. Nouissimè autē uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templū Dei, & post triduum reædificare illud. R. Et *cōuenientia testimonia non erāt. Et surgens summus sacerdos in mediū interrogauit IESVM, dicēs: Non respōdes quicquam ad ea, quæ obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: M. Adiuro te per Deū uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei R. benedicti. M. Dixit illi IESVS: Tu dixisti

*sufficientia

G xisti. R. Ego sum. M. Veruntamē dico uobis: Amodò uidebitis filiū hominis sedentem à dextris uirtutis Dei,& uenientem in nubibus cæli. Tunc Princeps sacerdotum scidit ueſtiméta sua,dicens:Blasphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiā †. Quid uobis uide- †*eius.*
H tur? R. Qui omnes condemnauerūt eum, eſſe reū mortis. L. Et uiri qui tenebāt eū, *Eſa.50.c*
illudebāt ei. M. Tunc expuerūt in faciem eius: L. Et uelauerūt eum,cædentes eū co-
I laphis. M. Alii autē palmas in faciem eius dederunt, L. & interrogabāt, M. dicētes: Prophetiza nobis Chriſtè,Quis eſt,qui te pcuſsit? R. Et miniſtri eū alapis cędebāt. L. Et alia multa blaſphemātes dicebāt in eū.

De tertia cōuentione seniorū, & traditione Ieſu Pilato. *Matth.27. Luc.22.23. Mar.15. Io.18.19.* CAP. CLV.

L. A ET ut factus eſt dies, R. confeſtim, M. manè conſiliū inierunt R. ſummi ſacerdotes, M. omnes Principes & Seniores populi, R. cū Scribis,& uniuerſo cōcilio, M. aduerſus IESVM,ut eū morti traderēt. L. Et duxerunt illum in conciliū ſuum,dicentes: Si tu es Chriſtus,dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero,non credetis mihi: ſi autē & interrogauero, non reſpondebitis mihi,neq; dimittetis. Ex hoc autē erit fi- 22

S lius

lius hominis sedés à dextris uirtutis Dei.
Dixerunt auté omnes: Tu ergo filius Dei
ad ipsos es? Qui ait ‡: Vos dicitis, quia ego sum. At
illi dixerunt: Quid adhuc desideramus te-
stimoniũ? Ipsi enim audiuimus de ore eius.
Et surgés omnis multitudo eorum, R. &
uincientes IESVM, L. duxerũt illum I. à
23 Caipha in prætoriũ, L. ad Pilatum. I. Erat
18 auté mane. Et ipsi non introierũt in præ-
toriũ, ut non contaminarétur, sed manducarent
pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos
foras. M. Et uinctum tradiderunt Pontio
Pilato præsidi. Tunc uidens Iudas, qui tra-
didit eum, quòd damnatus esset, pœniten-
tia ductus, retulit triginta argenteos prin-
cipibus sacerdotum, & senioribus populi,
*inno- dicés: Peccaui, tradens sanguiné *iustum.
centem. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris.
Et proiectis argenteis in téplo, recessit: &
abiens, laqueo se suspendit. Principes autẽ
sacerdotũ, acceptis argéteis, dixerunt: Nõ
licet mittere in corbanam, quia pretium
sanguinis est. Concilio aũt inito, emerunt
ex illis agrum figuli in sepulturã peregri-
norum. Propter hoc uocatus est ager ille
Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, usq;
Hier. 15. a in hodiernum diem. Tunc impletum est
Zac. 11. c quod dictũ est per Hieremiã prophetã di-
centem: Et acceperunt triginta argéteos,

pretium appretiati, quem appretiauerũt à
filiis Israël,& dederunt eos in agrũ figuli,
sicut constituit mihi Dñs. IESVS autem
stetit ante Præsidem, I. Et dixit Præses:
E Quam accusationẽ adfertis aduersus ho- 18
minem hunc? Responderunt & dixerunt
ei:Si non esset hic malefactor,nõ tibi tradidissemus
eũ. Dixit ergo eis Pilatus:Accipite
eum uos,& secundum legẽ uestram
iudicate eum.Dixerũt ergo ei Iudęi:Nobis
non licet interficere quẽquam: Vt sermo
IESV impleretur,quem dixit,signifi-
F cans qua morte esset moriturus. L. Cœperunt
autem accusare eum, dicentes: Hunc
inuenimus subuertẽtem gentem nostram,
& prohibentem tributa dari Cęsari,& dicentem
se Christum Regem esse. Pilatus
G autem interrogauit eum,dicens:Tu es rex
Iudæorũ?At ille respondens,ait:Tu dicis.
Ait autem Pilatus ad principes sacerdotũ,
& turbã: Nihil inuenio causæ in hoc homine.
At illi inualescebant,dicentes:Commouet
populũ, docens per uniuersam Iudæam,
incipiens à Galilæa usq; huc. Pilatus
autem audiens Galilęam,interrogauit
si homo Galilæus esset. Et ut cognouit,
quòd de Herodis potestate esset, remisit
eũ ad Herodem,qui & ipse Hierosolymis
erat illis diebus.Herodes autẽ uiso IESV,

gauisus est ualde. Erat enim ex multo tem
pore cupiens uidere eum, eo quòd audiret
multa de illo, & sperabat aliquod signum
uidere ab eo fieri. Interrogabat autẽ illum
multis sermonibus. At ipse nihil illi respõ
debat. Stabant autem Principes sacerdotũ
& Scribæ, cõstanter accusantes eum. Spre-
uit autẽ illum Herodes cum exercitu suo
& illusit indutum ueste alba, & remisit ad
Pilatum. Et facti sunt amici, Herodes &
Pilatus, in ipsa die. Nã antea inimici erant
adinuicem. Pilatus autem cõuocatis prin-
cipibus sacerdotum, & magistratibus, &
plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi ho-
minem hũc, quasi auertentẽ populum. Et
ecce ego coram uobis interrogãs, nullam
causam inuenio in homine isto, ex his in
quibus accusatis. Sed neq; Herodes. Nam
remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum
morte actum est ei. Emendatum ergo il-
18 lum dimittam. I. Introiuit ergo iterum in
prætorium Pilatus, & uocauit IESVM, &
dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Et respon
dit IESVS: A temetipso hoc dicis, an alii
tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus:
Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, &
Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fe-
cisti? Respõdit IESVS: Regnum meum
non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo

esset

esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudęis. Nunc autem regnum meum nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respõdit IESVS: Tu dicis, qa Rex sum ego. Ego in hoc nat⁹ sum, & ad hoc ueni in mundũ,
L. ut testimonium perhibeã ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocẽ meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit Pilatus ad Iudæos, & ad Principes sacerdotum & turbas, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. M. Et cùm accusaretur à Principibus sacerdotũ & senioribus, nihil respondit. Tunc dixit ei Pilatus, R. & interrogauit eum rursum, dicens: Non respondes quicquã? M. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? R. Vide in quantis te accusant. IESVS autẽ amplius M. non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur Præses Pilatus uehementer. Per diem autem festum solennem, cõsueuerat Præses dimittere populo unum uinctum, quẽ uoluissent, R. & quencunq; petissent, L. necesse habebat dimittere eis. M Habebat autem tunc unum uinctum insignem, qui dicebatur Barabas. R. Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. M. Congregatis ergo illis,

dixit Pilatus: I. Est consuetudo uobis,ut
unum dimittam uobis in Pascha. M. Quẽ
uultis dimittã uobis? Barabban,an Iesum,
qui dicitur Christus? Sciebat enim,quòd
per inuidiam tradidissent eum summi sa-
cerdotes. Principes autem sacerdotum &
seniores concitauerunt turbam,& persua-
serunt populo,ut peterent Barabbã:Iesum
uerò perderent. Respondens autem Præ-
ses,ait illis: Quem uultis uobis de duobus
18 dimitti? At illi dixerunt:Barabban. I. Erat
autem Barabbas latro, L. qui erat propter
seditionem quandam factam in ciuitate,
& homicidiũ,missus in carcerem. Iterum
autẽ Pilatus locutus est ad eos,uolens di-
mittere Iesum. M. Quid igitur faciam de
Iesu,qui dicitur Christus? Dicunt omnes,
Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim
mali fecit? At illi magis L. succlamabant
dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille
autem tertiò dixit ad illos: Quid enim
mali fecit iste? Nullam causam mortis in-
uenio in eo. Corripiam ergo illum,& di-
mittam. I. Tunc ergo apprehendit Pila-
tus Iesum,& flagellauit. Et M. milites Præ-
sidis suscipientes Iesum,in prætorio,&
cõgregauerunt ad eum uniuersam cohor-
tem. Et exuentes eum chlamydem cocci-
neam circundederũt ei. Et plectẽtes coro-
nam

nam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius:
& arūdinē in dextera eius. Et genu flexo
ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex
Iudæorum. Et expuentes in eum, acce-
perunt arundinem, & percutiebant caput
P eius 1. & dabāt ei alapas. Exiuit iterū Pila-
tus foras, & dixit eis: Ecce adduco eum uo
bis foras, ut cognoſcatis, quia in eo nullā
cauſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus portās
ſpineam coronam, & purpureum ueſti-
mentum, & dicit eis: Ecce homo. Cùm er
go uidiſſent eum pontifices & miniſtri,
clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige
eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum uos,
& crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo
Q cauſam. Reſpōderūt ei Iudæi: Nos legem
habemus, & ſecūdum legem ‡ debet mo- ‡noſtrā
ri, quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo au-
diſſet Pilatus hunc ſermonem, magis ti-
muit. Et ingreſſus eſt in prætorium iterū,
& dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus au-
tem reſpōſum non dedit ei. Dixit ergo ei
Pilatus: Mihi nō loqueris? Neſcis quia po
teſtatem habeo crucifigere te, & poteſta-
tem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus:
Non haberes poteſtatem aduerſus me ul-
lam, niſi tibi eſſet datum deſuper. Propter *Ex eo,
ea, qui me tradidit tibi, maius peccatum ſupple
R habet. *Exinde quærebat Pilatus dimit- tempore

tere eum. Iudæi autem clamabant: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem Gabatha. M. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: *Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie * per uisum propter eum. R. Erat autem hora tertia. I. Et dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi autẽ clamabãt: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. M. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis L. uocibus magnis, M. tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Vos uideritis. Et respõdẽs uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc R. Pilatus uolẽs populo satisfacere, L. adiudicauit fieri petitionem eorũ. Dimisit autem illis Barabam, qui propter homicidiũ & seditionẽ missus fuerat in carcerẽ, quẽ petebãt. Iesum uerò flagellatum tradidit uoluntati eorum, R. ut crucifigeretur. M. Tunc

*Nequid rei sit tibi cũ iusto illo.

*in somniis

Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, R. duxerunt eũ in atriũ prætorii,& conuocant totã cohortem,& induũt eum purpura,& imponũt ei plectentes spineam coronam,& cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum. M. Et genu flexo ante eũ illudebant ei. Et postquàm illuserũt ei, R. exuerũt eũ purpurã, M. & induũt eũ uestimẽtis* eius. *ppriis

De eductione Iesu ad Caluariæ locũ: ac eius crucifixione. *Mat.* 27. *Mar.* 15. *Luc.* 23. *Ioan.* 19. CAP. CLVI.

I. SVsceperunt autem Iesum, & eduxerũt
A eum, & baiulans* sibi crucem exiuit *suam
in eum, qui dicitur Caluariæ locum: He-
B braicè Golgotha. L. Et cùm ducerẽt eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, uenientem de *uilla, R. patrem *agro, Alexandri, & Rufi. M. Hunc angariauerũt ut tolleret crucem eius. L. & imposuerunt illi crucẽ * portare post Iesum. Sequebatur autẽ illum turba multa populi & mulierũ, quæ plangebãt & lamẽtabãtur eum. *ut portaret
C Conuersus autẽ ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uosipsas flete, & super filios uestros, Quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & uẽtres, qui nõ genuerũt,

Esa. 2.d & ubera, quæ nõ lactauerunt. Tunc inci-
Osee 10.b pient dicere mõtibus: Cadite super nos. &
*humido collibus: Operite nos. Quia si in *uiridi li-
gno hæc faciũt, in arido quid fiet? Duce-
*malefici bantur autẽ & alii duo * nequam cum eo,
ut interficerentur. M. Et uenerunt in locũ,
‡interpretatum qui dicitur Golgotha, quod est * Calua-
riæ locus. Et dederũt ei *uinũ R. myrrha-
*acetum tum M. bibere, eum felle mixtum: & cum
gustasset, R. non accepit [*multum de huiusmodi potu.*] I. Erat autẽ parasceue paschæ,
hora quasi sexta. L. ibi crucifixerunt eum.
* maleficos, & *latrones, unum à dextris, & alium à si-
nistris: I. medium autẽ Iesum. R. Et imple-
ta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis
deputatus est. L. Iesus autẽ dicebat: Pater
Esa. 53.d dimitte illis, nõ enim sciunt quid faciunt.
I. Scripsit autem & titulum Pilatus, R. cau-
sæ eius. I. Et posuit super crucem, M. super
caput eius. L. Erat autem & superscriptio
scripta super eum literis Græcis, & Lati-
nis, & Hebraicis, M. Hic est Iesus I. Naza-
renus, rex Iudæorum. Hunc ergo titulum
multi Iudæorũ legerunt, quia prope ciui-
tatẽ erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Di-
cebãt ergo Pilato põtifices Iudæorũ. No-
li scribere, Rex Iudæorũ: sed quia ipse di-
xit: Rex sum Iudæorũ. Respõdit Pilatus:
Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cùm

crucifixissent eum, acceperunt uestimēta eius,& fecerunt quatuor partes, unicuiq;
G militi partē,& tunicā.Erat autē tunica incōsutilis,* desuper contexta per totū. Di- * à summis
xerūt ergo adinuicē: Nō scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Vt impleretur scriptura, M. & quod dictum est per Prophetā dicentem: Diuiserunt sibi uestimenta mea,& super uestē meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. *Psal. 21.d*

De irrisione Iesu in cruce: & de uerbis eius, & de signis post mortem. *Math. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19.* CAP. CLVII.

M
A PRætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicētes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Saluum fac temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum deridebant illum, illudentes R. ad alterutrū cum Scribis M. & senioribus & dicebant: Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Si rex Israël est, descendat nūc de cruce, R. ut uideamus & credamus ei. L. Se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. M. Cōfidit in Deo, liberet eum nunc, si uult. Dixit enim: Quia filius Dei sum. L. *Sap. 2.d*
B Illudebāt autem ei & milites, dicentes: Si

tu es

tu es rex Iudæorum. saluum te fac. M. Idipsum auté & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei, & conuiciabantur. L. Et stabat populus *expectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebãt autem ei & milites accedentes, & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. Vnus autem de his, qui pédebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. Respondens auté alter, increpabat illum, dicens: Neq; tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè, nã digna factis recipimus: hic uerò nihil* mali gesit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei, cũ ueneris in regnũ tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. I. [Stabant autem iuxta crucem Iesu, Maria mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cùm uidisset ergo Iesus matré, & discipulum *stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus *in sua.] M. A sexta auté hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq; ad horam

*spectãs,
*absurdi
*astantem,
*in suũ ius.

horam nonã, L.& obſcuratus eſt ſol. M. Et
circa horã nonã clamauit Ieſus uoce ma-
gna,dicẽs:Heli,Heli,lammah haſaph tha-
ni?Quod eſt interpretatum : Deus meus, *Pſa. 21. a*
Deus meus,ut quid dereliquiſti me? Qui-
dam autẽ de circunſtãtibus illic audiẽtes,
E dicebãt:Ecce Heliã uocat iſte.Cæteri ue-
rò dicebãt:Sine uideamus, an ueniat He-
lias liberãs eũ. I. Poſtea ſciens Ieſus, quia
iam omnia cõſummata ſunt,ut cõſumma
retur ſcriptura,dicit:Sitio. Vas ergo poſi- *Pſal.68.e*
tum erat aceto plenũ, M. Et cõtinuò cur-
rens unus ex eis,acceptam ſpongiã imple-
uit aceto,& impoſuit arundini. I. Illi autẽ
ſpõgiam *plenã aceto hyſopo circumpo- *imple-
nentes obtulerunt ori eius.Cùm ergo ac- tam
cepiſſet Ieſus acetum, dixit:Conſummatũ *Pſa.30.a*
eſt. L. Et clamans uoce magna Ieſus ait:
Pater in manus tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ.
I. Et hæc dicens,inclinato capite tradidit
F ſpiritũ. M. Et ecce uelum tẽpli ſciſſum eſt
in duas partes, à ſummo uſq; deorſum. Et
terra mota eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,& mo-
numenta aperta ſunt [*hac hora*] & multa
corpora ſanctorũ qui dormierãt,ſurrexe-
runt [*die paſchæ.*] Et exeũtes de monumẽ
tis,poſt reſurrectionẽ eius,uenerũt in ſan-
ctã ciuitatẽ,et apparuerũt multis.Cẽturio
autẽ & qui cũ eo erãt cuſtodiẽtes Ieſum,

uiso terræmotu, & his quæ fiebant R.& quia sic clamans expirasset, M. timuerunt ualde, dicētes: R. Verè hic homo filius Dei erat. L. Et continuò glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quę fiebāt, percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe. Et mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, R. de longe hæc aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, M. mater filiorum Zebedæi, R. quæ, cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ, quæ simul cū eo ascenderant Hierosolymam.

De Sepultura Domini. *Matth.27. Mar.16. Luc.23. Io.19.* CAP. CLVIII.

IVdæi ergo, quoniam parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerūt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidē fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Sed unus militum lancea latus

eius

eius*aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & *pupugit,
aqua. Et qui uidit, testimoniũ perhibuit,
B & uerum est testimonium eius: Et ille *Exo.12.g*
scit, quia uera dicit, ut & uos credatis. Fa- *Num.9.b*
cta sunt enim hæc, ut scriptura implere- *Zac.12.a*
tur: Os nõ comminuetis ex eo. Et iterum
alia scriptura dicit: Videbunt, in quem
C *transfixerunt. M. Cùm autẽ iam sero fa- *pupugerunt,
ctum esset, R. quia parasceue erat, quod
est ante sabbatum, M. uenit quidam homo
diues ab Arimathia L. ciuitate Iudææ M.
nomine Ioseph R. *nobilis decurio, L. uir *honestus consul,
bonus & iustus, M. qui & ipse discipulus
erat Iesu, I. occultus tamen propter metũ
Iudæorum, & expectans regnum Dei.
Hic non consenserat consilio & actibus
eorum. R. & audacter introiuit ad Pila-
D tum, & petiit copus Iesu. Pilatus autem
mirabatur, si iam obiisset. Et accersito
Cẽturione, interrogauit eum, si iam mor-
tuus esset. Et cùm cognouisset à Centu-
rione I. permisit Pilatus R. & donauit cor
pus M. & iussit reddi Ioseph. R. Ioseph au-
tem mercatus sindonem I. uenit, & tu-
lit corpus Iesu R. & deponens eum, in-
uoluit M. illud in sindone munda. I.
Venit autem & Nicodemus, qui uene-
rat ad Iesum nocte primum, ferens mi-
xturam myrrhæ & aloës, quasi libras cen-
tum.

tum. Acceperũt ergo corpus Iesu: & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut est mos Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est Iesus, hortus: & in horto monumentum nouũ ipsius Ioseph. R. quod erat excisum de petra, I. in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentũ, posuerunt Iesum. M. Et aduoluit Ioseph lapidẽ, saxum magnum, ad ostium monumenti, & abiit. R. Maria autẽ Magdalena, & Maria Ioseph aspiciebant ubi poneretur, M. sedentes cõtra sepulcrum. L. Et dies erat parasceues, & sabbatũ illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positũ erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & unguẽta: & sabbato quidem * siluerunt secundũ mandatũ. M. Altera autẽ die, quæ est post parasceuen, cõuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicẽtes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo * custodiri sepulcrũ usq; in diem tertium, ne forte ueniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior

*conticuerunt

*muniri

peior priore. Ait illis Pilatus:Habetis custodiam:Ite,custodite,sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, * signantes lapidem cum custodibus. *sigillantes

De resurrectiõe Dominica, quomodo ualde mane adierũt primo mulieres Christi sepulcrũ.

Mat.28.Mar.16.Luc.24.Io.20. C. CLIX.

[R Et cùm transisset sabbatũ,Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salo-
A me,emerunt aromata, ut uenientes ungerent IESVM. Et ualde mane, L. & dilu-
B culo. M. [uespere sabbati,quæ lucescit in prima sabbati, I. cùm adhuc essent tenebræ, R. una sabbatorũ,ueniunt ad monumẽtũ,orto iam sole. Et dicebãt adinuicẽ: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? R. Erat quippe magnus ualde. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descẽdit de cælo, & accedẽs reuoluit lapidẽ†, & sedebat super † *ab ostio*
C eum. Erat autẽ* aspectus eius sicut fulgur, *species & uestimentũ eius† sicut nix. Præ timore † *album* autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. [Venit maria Magdalene,& altera Maria, I. ad monumẽtũ,& uidit lapidem sublatũ à monumento. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonẽ Petrũ,& ad aliũ discipulũ, quem amabat IESVS,

t &

& dixit illis: Tulerũt Dominũ de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. L.
Mulieres autem quæ parauerant aromata ‡portantes, inuenerunt lapidé reuolutum à monuméto: & ingressæ non inuenerũt corpus Domini IESV. Et factũ est, dum méte* cõsternatæ essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste* fulgenti. Cùm auté* timerent & declinarét uultum in terrã, dixerũt ad illas: Quid quæritis uiuenté cum mortuis? Non est hîc, sed surrexit. Recordamini qualiter loquutus est uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicẽs: Quòd oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatorum, & crucifigi, & tertia die resurgere. Et recordatæ sunt uerborũ eius. M. Cito euntes dicite discipulis eius, R. & Petro, quòd præcedet uos in Galilæam, M. Ecce prædixi uobis: R. ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis.] At illæ exeuntes, fugerũt de monuméto, inuaserat enim eas tremor & pauor & nemini [*custodum*] quicquã dixerũt, timebãt enim. L. Et regressæ à monuméto, nũtiauerũt hęc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat auté maria Magdalene, & Ioãna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cũ eis erant, quę dicebãt ad apostolos hęc. Et uisa sunt ante illos sicut deliramẽtum uerba ista, &

non

‡ *& quidem cum ipsis*
* perplexæ
* fulguranti.
* territæ essent

non crediderunt illis. M. Mulieres autem cùm abiissent, ecce quidam de custodibus uenerũt in ciuitaté,& nuntiauerũt principibus sacerdotũ omnia, quæ facta fuerãt. Et cõgregati cum senioribus,cõsilio accepto,pecuniã copiosam dederũt militibus, dicẽtes: Dicite, quia discipuli eius nocte uenerũt,& furati sunt eũ, nobis dormientib9. Et si hoc auditũ fuerit à pręside, nos *suadebimus ei,&*securos uos faciemus. *persuadebimus At illi accepta pecunia,fecerũt sicut erant edocti: & diuulgatum est uerbum istud *placabimus eũ. apud Iudæos usq; in hodiernum diem.

Quòd Petrus & Ioannes accesserũt ad Christi monumentũ. Et de duobus discipulis euntibus in Emaus. *Io.20. Luc.24.* CA. CLX.

1. A EXiit ergo Petrus, & ille alius discipulus,quem diligebat IESVS, & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro,& uenit*prim9 ad monumentũ,& cùm se inclinasset, uidit linteamina posita,non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequẽs eum, & introiuit in monumentũ,& uidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutũ in unum lo- *prior

cum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui uenit primus ad monumentũ, & uidit & credidit. Nondum enim sciebant scripturã, quia oportebat eum à mortuis resurgere.] Abierũt ergo iterũ ad semetipsos discipuli: [L. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum LX. ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant.

De prima apparitione facta Magdalenæ in secũdo accessu eius ad monumentum.

Matth. 28. Mar. 16. Ioan. 20. CAP. CLXI.

M. VEnit Maria Magdalenæ uidere sepulcrũ, & I. [stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Et uidit duos angelos in albis sedẽtes, unum ad caput, & unũ ad pedes, ubi positũ fuerat corpus IESV. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerũt eũ. Hæc cùm dixisset, cõuersa est retrorsum, & uidit IESVM stantẽ, & nõ sciebat quia IESVS esset. Dicit ei IESVS: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu* sustulisti illũ, dicito mihi, ubi posuisti eũ, &

Apparitio prima

*asportasti

& ego eum tollam. Dixit ei IESVS: Maria. Conuersa illa dicit ei: Raboni, quod dicitur magister. Dicit ei IESVS: Noli me tangere. Nondũ enim ascẽdi ad patrẽ meum. Vade autẽ ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrũ, Deum meum, & Deum uestrũ. R. Surgens autẽ IESVS mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa uadẽs nuntiauit his, qui cum eo fuerant lugẽtibus & flentibus, I. quia uidi Dominũ, &
C hæc dixit mihi.] R. Illi audientes, quia uiueret, & uisus esset ab ea, nõ crediderũt.

De secũda apparitiõe facta mulieribus in uia, dum secundò redirent à monumento: deq; tertia apparitione facta Petro, dũ secũdo sepulcrũ uiseret. *Mat. 28. Mar. 16. Luc. 24.* CAP. CLXII.

I. A MVlieres autem uenerunt [*secundò*] ad monumentũ, R. & introẽuntes in monumentũ, uiderũt iuuenẽ sedentẽ in dextris coopertũ stola candida, & obstupuerũt. Qui dicit illis: Nolite expauescere: M. Scio enim quòd IESVM R. quæritis Nazarenũ crucifixũ. Surrexit, nõ est hìc. M. Venite, & uidete locũ, R. ubi posuerunt eum. M. Et exierunt citò mulie- *Apparitio secũda*

res de monumento cum gaudio magno.

‡ *dī ibāt nūtiare discipulis eius.* Et ‡ecce IESVS occurrit illis, dicēs: Auete. Illæ autem accesserūt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eū. Tunc ait illis IESVS: Nolite timere: Ite nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæā, ibi me uidebunt. L. Hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus nuntiauerūt. Petrus autē

Apparitio tertia surgens cucurrit [*secundò*] ad monumentum, & *procumbens uidit linteamina so-

*demisso capite

la * posita. [*Tunc apparuit Iesus Petro.*]

*iacētia.

De apparitiõe quarta in Emaus facta duob' discipulis: & quòd iam apparuerat Petro.

Luc. 24. Mar. 16. CAP. CLXIII.

L. *Apparitio quarta* ET factū est dum fabularentur, & secum quærerent [*duo illi discipuli, qui ibant in Emaus.*] Ipse IESVS appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?

*simul disputarent

Et respondens unus, cui nomē Cleophas,

* aduena dixit ei: Tu solus *peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: De IESV Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone corā Deo, & omni populo: et quomodo

modo tradiderunt eũ ſummi ſacerdotes
& principes noſtri in dãnationẽ mortis,
& crucifixerunt eũ. Nos autem ſperaba-
mus, quòd ipſe eſſet redempturus Iſraël.
Et nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt
hodie, quòd hæc facta ſunt. Sed & mulie-
res quædã ex noſtris terruerunt nos, quæ
*ante lucẽ fuerũt ad monumentũ, & non *dilucu-
inuento corpore eius, uenerunt, dicẽtes ſe lo perue
etiã uiſionẽ angelorum uidiſſe, qui dicũt neiunt.
eum uiuere. Et abierunt quidã ex noſtris
ad mouumentum, & ita inuenerunt, ſicut
mulieres dixerunt: ipſum uerò non*inue- *uiderũt
nerunt. Et ipſe dixit ad eos: O *ſtulti & *amẽtes
tardi corde ad credendũ in omnibus, quę
locuti ſunt prophetæ. Non'ne hæc opor-
tuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriã
ſuam? Et incipiens à Moyſe, & omnibus
prophetis, interpretabatur illis in omni-
bus ſcripturis, quæ de ipſo erãt. Et appro-
pinquauerunt caſtello, quo ibant. Et ipſe
ſe finxit longius ire, & coëgerunt illum,
dicentes: Mane nobiſcum, quoniam ad-
ueſperaſcit, & inclinata eſt iã dies. Et in-
trauit cum illis. Et factũ eſt, cùm recum-
beret cum illis, accepit panem, & benedi-
xit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti
ſunt oculi eorum, & cognouerũt eum, & *diſpa-
*euanuit ab oculis eorũ. Et dixerunt ad- ruit

inuicem: Non'ne cor nostrum ardēs erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cũ ipsis erãt, dicentes: quòd surrexit Dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.] R. Nec illis crediderunt.

De apparitione quinta & ultima, in die resurrectionis facta discipulis absente Thoma, deq; ipsius Thomæ incredulitate. *Luc. 24. Ioã. 20.* CA. CLXIIII.

L. [*Apparitio quinta* DVm autem hæc loquuntur, I. cùm esset serò die illo, una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorum, uenit IESVS, & stetit in medio L. eorum, & dixit eis: Pax uobis. Ego sum, nolite timere. Cõturbati uerò & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes, I. & latus.

latus. I. Adhuc autem illis non credenti-
bus:& mirantibus præ gaudio, dixit:Ha-
betis hîc aliquid quod mãducetur? At il-
li obtulerunt ei partem piscis asi, * & fa- * de apia
uum mellis. Et cùm*manducasset coram rio fauo
illis, * sumens reliquias dedit eis, & dixit *acce-
ad illos:Hęc sunt uerba quæ locutus sum pisset
ad uos, cùm adhuc essem uobiscum:quo- * mandu
niam necesse est impleri omnia, quæ scri- cauit,
pta sunt in lege, & prophetis, & Psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensum, ut in- *Psal.18.b*
telligerent scripturas, & dixit eis: Quo-
niam sic scriptũ est, & sic oportebat Chri
stum pati, & resurgere à mortuis die ter-
tia,& prædicari in nomine eius pœniten-
tiam & remißioné peccatorũ in omnes
B gentes:] incipiẽtibus [*uobis prædicare*] ab
Hierosolyma. Vos auté testes estis horũ.
I. Gauisi sunt ergo discipuli,uiso Domi-
no.Dixit ergo eis iterũ: Pax uobis. Sicut
misit me pater,& ego mitto uos. Hæc cũ
dixisset,insufflauit, & dixit eis: Accipite
C Spiritũ sanctũ: Quorũ remiseritis pecca-
ta, remittuntur eis, & quorũ retinueritis,
retẽta sunt. [Thomas auté unus ex duo-
decim,qui dicitur* Didymus,non erat cũ * Gemel
eis,quando uenit IESVS.Dixerunt ergo lus,
ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille
autem dixit eis: Nisi uidero in manibus

*uestigium eius*fixuram clauorum,& mittã digitum meum in*locum clauorum,& mittã manum meam in latus eius,non credam.

*uestigium

De apparitione sexta, post dies octo facta discipulis præsente Thoma: et quòd pleraq; alia fecit Deus, quæ non sunt scripta.

Ioan.20. CAP. CLXV.

Apparitio sexta ET post dies octo iterũ erãt discipuli eius intus,& Thomas cum eis, uenit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit,Pax uobis.Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuũ huc,et uide manus meas, & adfer manũ tuã, & mitte in latus meũ: & noli esse * incredulus,sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & deus me9. Dicit ei IESVS: Quia uidisti me Thoma, credidisti: Beati qui nõ uiderunt & crediderunt.] Multa quidẽ & alia signa fecit IESVS in cõspectu discipulorũ suorũ, quæ nõ sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt,ut credatis,quia IESVS Christus est filius Dei,& ut credẽtes uitã habeatis ĩ nomine eius.]

* infidelis,

De septima apparitiõe facta septẽ discipulis ad mare Tyberiadis. Et quòd Iesus ter Petrũ interrogauit,an se diligeret.

Ioan.21. CAP. CLXVI.

Post

A POstea manifestauit se iterum IESVS ‡ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicũt ei: Venîmus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, stetit IESVS in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia IESVS est. Dixit ergo eis IESVS: Pueri, nũquid pulmentarium habetis? Respõderunt ei, Non. Dixit eis: Mittite in *dexteram nauigii rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat IESVS, Petro: Dominus est. Simon Petrus cùm audisset, quia Dominus est, *tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alii autẽ discipuli nauigio uenerunt. Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis IESVS: Adferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit autem Simon Petrus,

Appari tio septima.

‡*discipulis*

*dexteras partes

*pallio

trus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tot essent, non est scissum rete. Dicit eis IESVS: Venite, prandete. Et nemo audebat *discumbentium interrogare eũ, tu quis es? scientes quia Dominus est. Et uenit IESVS, & accepit panē, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus est IESVS discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis.] [Cùm ergo prandisset, dixit Simoni Petro IESVS: Simon Iona, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei *iterum: Simon Iona, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: * Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Iona, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me, & dicit: Domine, tu omnia scis: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen autem dico tibi, cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas * ubi uolebas. Cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non uis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.] [Et cùm hoc dixisset, dixit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, uidit illum discipulum quem dili-

*discipulorum

*secũdò:

*rege oues meas

*quò

gebat

gebat IESVS sequentem, qui *& recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Dñe, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cùm uidisset Petrus, dixit IESV: Dñe, hic autem quid? Dicit ei IESVS: Si eum uolo manere, donec ueniam: quid ad te? Tu me sequere. *Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit IESVS, quia non moritur: sed, Si eum uolo manere: quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonium eius.]

*recidit

*Permanauit ergo rumor

De octaua apparitione facta undecim discipulis in Galilæa.

Matthæi 28. CAP. CLXVII.

[A VNdecim autem discipuli abierũt in Galilæam, in montẽ ubi constituerat illis IESVS. Et uidẽtes eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerũt. Et accedens IESVS, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gẽtes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii,
B & Spiritus sancti. Docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.]

De

De nona, & decima apparitionibus in die ascensionis dominicæ, factis discipulis. *Mar. ult. Luc. ult.*

CAPVT CLXVIII.

R. *Apparitio nona.* NOuissimè autem recumbentibus undecim, apparuit illis IESVS, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo, dæmonia eiiciēt: linguis loquētur nouis: serpētes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, et bene habebunt. L. Ego mittam promissum patris mei in uos, uos autem sedete in ciuitate, ‡ quoadusque induamini uirtute ex alto. *‡ Hierusalem,* Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. R. Et postquam locutus est eis, L. factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis: R. & assumptus L. ferebatur in cælum. R. & sedet à dextris Dei. L. Et ipsi adorantes regressi sunt Hierusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo, laudantes

dantes & benedicentes Deum. R. Illi autem profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.]

Historiæ euangelicæ conclusio.

Ioan. ultimo. CAP. CLXIX.

SVnt auté & alia multa quæ fecit IESVS quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mũdum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

VOCABVLORVM AC LOCVTIONVM ALIquot obscuriorum interpretatio.

Antequam conuenirent. Tropus loquendi huic similis, Antequam pœniteret, morte præuentus est.

As, assis, ualet quatuor turonenses denarios.

Bethania duplex: una Marthæ distãs ab Hierusalem tribus miliaribus, interiacente mõte Olıueti. Bethania altera prope Iordanem, ubi Ioannes baptizabat, distans ab Hierusalem sedecim miliaribus.

Bethlehem, in Iuda, distans ab Hierusalem quindecim miliaribus.

Bethphage, pagus erat sacerdotum, in

in pede montis Oliueti.

Bethsaida, in Galilæa, unde Petrus Andreas, Iacobus, Ioannes, Philippus, & Nathanaël erant, distans à Capharnaum, quatuor miliaribus.

Bethulia, in Galilæa, distans à Tyberiade sex miliaribus.

Capharnaum, metropolis Galilææ, distat à Corozaim quatuor miliaribus, adiacente mari Galilææ.

Cæsarea, Cappadociæ. Cæsarea Palæstinæ, in Samaria. Cæsarea Philippi aliàs Velenne est in Galilæa, iuxta cuius portam oritur Iordanis.

Cana, in Galilæa: distat ab Emaus Ptolemaida decem miliaribus.

Damascenus ager, distat ab Ebron iactu lapidis arcus.

Denarius, ualet tres solidos, sex turonos.

Dietæ unius iter, constat uiginti miliaribus.

Dipondium, duo asses sunt.

Donec, notat uel tempus determinatum, quo transacto, aliquid fit: ut, iste non comedit, donec esset hora sexta. Vel accipitur pro semper: ut, Sede à dextris meis donec, &c. Vel significat nunquam: ut Petrus cum fratre litem commisit, & donec uixit

nixit non est ei locutus.

Drachma, ualebat tres solidos, sex turonos.

Ebron, olim Chariatherbe, distat ab Hierusalem decemocto miliaribus.

Emaus disyllabum, distat ab Hierusalem xl. stadiis. xv. miliaribus.

Epulonis domus, erat in Hierusalẽ.

Galilæa superior, est Iudæorũ: Galilæa inferior Gentium, data Regi Iram à Salomone.

Hiericho, distat à Iordane quatuor miliaribus ab Hierusalem sexdecim.

Metreta, secundum Isidorum capit sex sextarios.

Mna, centum & decem drachmas ualebat.

Naim, disyllabum uersus Austrum parum distat à Nazareth.

Nathan, frater uterinus Salomonis: tertium fratrem Lucas uocat Mathat.

Nazareth, in Galilæa superiori, distat à monte Thabor quatuor miliaribus, & ab Hierusalem xliiii.

Obolus, ualebat septem turonenses denarios.

Osanna, dictio Hebrea, ab Osi, id est, salua: & ab Anna interiectione obsecrantis componitur: hoc est, Salua obsecro.

u Post

Post tres dies resurgam, ibi post, capitur pro in: unde sensus est, in tertia die resurgam. Post enim deducitur à Græca præpositione quæ Meta, dicitur: & non simpliciter significat Post: sed & In, & Per.

Primogenitus, uel dicitur respectu aliorum secundò genitorũ, uel ante quem, nec post, aliquis nascitur.

Ptolemaida, nunc Achon, distat ab Hierusalem septem miliaribus.

Quadrans, est unus turonensis denarius.

Quarantena, mons ubi Christus ieiunauit, distat ab Hiericho xx. miliaribus, & ab Hierusalem xiiii.

Samaria, olim Eleusa, nunc Sebaste, distat ab Hierusalem xxx. miliaribus.

Scandalum, aliquando capitur pro impedimento: ut, Scandalum mihi es. Necesse est ut ueniant scandala: necessitate non absoluta, sed conditionali: supposita enim diaboli & hominum malitia, necesse est, ut ueniant scandala.

Sichem, aliâs Sichar, distat à Samaria quatuor miliaribus: & ab Hierusalem uigintisex.

Siclus, & Stater, idem: & ualebat xiiii. solidos.

Stad

Stadia, octo componunt unum miliare.

Stater, uide Siclus.

Talentum, ualet quatuor solidos: aliquando D C. drachmarum ualuit.

Thabor, mons in Galilæa superiori, distat à Bethulia sex miliaribus.

Vt particula, non est causæ, sed euentus significatiua. Non enim fecit, aut docuit IESVS, ut impleatur prophetia: sed quia ipse fecit, aut docuit, impleta est prophetia. Igitur, non quia scriptum est, ideo aliquid est factum: sed ideo scriptum est, quia erat futurum.

Zachariæ Pagus, uersus Austrum, distat ab Hierusalem quatuor miliaribus.

Per Pannum rudem, uel Commissuram noui uestimenti, uel Vinum nouum, significat ieiunium: quia hoc genus pœnitentiæ præsertim ab Ioanne inceperat.

Vestis autem uetus, & Vtres, infirmitas est discipulorum. Theophylactus in ix. cap. Matthæi.

Erat quoddam ludi genus apud Iudæos, ubi in foro in partes duas pueri diuidebantur: alii ex una parte lamentabantur, alii ex altera tibiis canebant: & neque lugentes curabant tibici-

nes,& contrà. Taxat ergo Dominus Pharisæos, qui neque lugebant cum Ioanne, lugubrem uitam agente: neque obtemperabant IESV, uitam præ se ferenti ciuiliorem.

Peccatum in Spiritum sanctũ, est blasphemia in Deum facta directè: qua ex certa malitia, & zelo inuidiæ cum pertinaci adhæsione, & finali impœnitentia attribuuntur principi dæmoniorum sanctissima filii Dei, & Spiritus sancti opera.

Sed manducarent Pascha: id est, azymos panes: uel sicut dicit Chrysostomus, intenti fuerant quidam Iudæorum captioni IESV in uespere lunę xiiii. quocirca distulerunt in lunam xv. suum Pascha edere.

Prima dies azymorum, dies Paschæ dicitur, quæ incipiebat post occasum solis lunæ xiiii. facta scilicet uespera: in qua quidem uespera, terminabatur luna xiiii. & similiter incipiebat Luna xv. Vnde cùm hæc uespera refertur ad diem præcedentem, id est, ad lunam xiiii. cuius est finis, appellatur dies Iouis: sed cùm respicit diem sequentem, id est, lunam xv. cuius est principium, dicitur dies Veneris, id est, Feria sexta. *Hac autem feria*

ria accesserunt discipuli ad IESVM, sciscitantes, ubi uellet sibi parari, id est, immolari Pascha. Porrò cùm in Leuitico dicitur, Mense primo decimaquarta die mensis ad uesperum phase Domini celebrabitur. Vesperum, ibi & Exodi duodecimo, respicit diem præcedentem, capiturque pro decimaquarta die. Sed in Euangelio, cùm dicitur, Vespere facto discubuit, &c. hîc Vespere respicit diem sequentem, sumiturque pro luna decimaquinta, id est, pro die Paschæ, quod illo anno erat feria sexta. At uerò cùm legimus, Diem festum, seu, Diem solennem: ne Homonymia fallamur, festiuitatem, seu solennitatem intelligere debemus. Sed cùm dicitur: Dies azymorum, aut dies Paschæ: per hoc sumitur dies naturalis, continens noctem & lucem. At Dies festus Paschæ, id est, festiuitas azymorum, tantùm luci, id est, diei artificiali tribui solet. Vnde Ioannis decimotertio, Ante diem festum Paschæ. Id perinde est, ac Ante festiuitatem: utpote nocte præcedente lucem festiuitatis paschalis.

Lucas Euangelista, secundum aliquos, in Christi genealogia quadruplices filios enumerat, aliquãdo Naturales, aliquando

Legales: interdum Adoptiuos, nonnunquam Socerinos. Et hi ultimi lege uxoria dicuntur filii patris suæ uxoris. Vnde licet Salathiel per Salomonem ex Dauid descendens genuerit Zorobabel: potuit tamen lege uxoria descendere ex eodem Dauid per Nathan, ducendo uxorem descendentem ex Nathan.

Petri, Andræ, Ioannis, & Iacobi quadruplex uocatio. Prima ad simplicem notitiam. pag.33. cap.5. Altera ad familiaritatem. pag.43. cap.12. Tertia ad Discipulatum. pag.53. cap.13. Quarta ad Apostolatum. pag.48. cap.18.

INDEX MATERIARVM PANDECTAE EVANGELICAE.

Anim

Christus

Diſcip

Diues

Fidei

Hæred

I

Ioan.

Magd

M

Mutus

N

O

Parab

Phar

Præd

&

Soli:

T

V

Vox

FINIS.

INDEX EVANGELIORVM TOTIVS ANNI.

*

Numeri qui hisce inclusi sunt notis,[ ] noctium denotant Euangelia: alij uerò dierum.

Fer.

cap.

Thomæ

Transfi

Tempo

Homo


Pro Confeſſoribus non epiſcopis.

Pro Virginibus.

In Votiuis.

Pro defunctis.

FINIS.




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm